7. Qu___ ōrnāmenta vēndit Albīnus? Ōrnāmenta qu___ Albīnus vēndit sunt ānulī et margarītae. E__ ōrnāmenta vēndit Albīnus.
8. Qu _____ vocābulōrum plūrālis -*a* habet? Vocābula qu______ plūrālis -*a* habet neutra sunt. Plūrālis e______ vocābulōrum -*a* habet.
9. Qu ___ oppidīs fluviī Padus et Tiberis aquam dant? Oppida qu_____ iī fluviī aquam dant sunt Placentia et Ōstia et cētera multa. I___ oppidīs fluviī Padus et Tiberis aquam dant.
10. Qu_____ verbīs dēlectātur Iūlia? Verba qu_____ Iūlia dēlectātur sunt "Ecce puella pulchra!" I___ verbīs dēlectātur puella.

Exercitium 15

1. H___ servus est Lēander, ill__ servus est Syrus.
2. Lēander h____ saccum portat, ill ___ saccum portat Syrus.
3. H___ saccus portātur ab h___ servō, ill__ ab ill__.
4. Saccus h_____ servī magnus est, ill____ est parvus.
5. In h___ saccō māla sunt, in ill__ pira.
6. Iūlius h____ servō mālum dat, ill__ dat pirum.
7. H____ fēmina est Lȳdia, ill__ fēmina est Dōrippa.
8. Mēdus h____ fēminam amat, nōn ill____.
9. Ab h___ fēmin__ Mēdus amātur, nōn ab ill__.
10. Mēdus amīcus h_____ fēminae est, nōn ill____.
11. Mēdus h____ fēminae ānulum dat, nōn ill__.
12. H___ cubiculum magnum est, ill___ est parvum.
13. Fenestra h_____ cubiculī nōn tam parva est quam ill____.
14. Iūlius et Aemilia in h___ cubiculō dormiunt, nōn in ill__.
15. Fluvius Tiberis h____ oppidō aquam dat, nōn ill__.
16. Lȳdia: "Aspice ill__ ōrnāmenta, Mēde, ill___ ānulōs et ill___ gemmās! Nōnne pulchrī sunt ill__ ānulī et ill___ gemmae?"
17. Albīnus: "Aspicite h____ ōrnāmenta, h___ ānulōs et h___ gemmās! Nōnne pulchrī sunt h__ ānulī et h___ gemmae?

neutrum

	sing.	plūr.
nōm.	*quid/quod*	*quae*
acc.	*quid/quod*	*quae*
gen.	*cuius*	*quōrum*
dat.	*cui*	*quibus*
abl	*quō*	*quibus*
nōm.	*id*	*ea*
acc.	*id*	*ea*
gen.	*eius*	*eōrum*
dat.	*eī*	*iīs*
abl.	*eō*	*iīs*

m.	f.	n.
hic	*haec*	*hoc*
hunc	*hanc*	*hoc*
huius	*huius*	*huius*
huic	*huic*	*huic*
hōc	*hāc*	*hōc*
hī	*hae*	*haec*
hōs	*hās*	*haec*
hōrum	*hārum*	*hōrum*
hīs	*hīs*	*hīs*
ille	*illa*	*illud*
illum	*illam*	*illud*
illīus	*illīus*	*illīus*
illī	*illī*	*illī*
illō	*illā*	*illō*
illī	*illae*	*illa*
illōs	*illās*	*illa*
illōrum	*illārum*	*illōrum*
illīs	*illīs*	*illīs*

Cap. IX

Lēctiō I

-is	-ēs
-em	-ēs
-is	-ium
-ī	-ibus
-e	-ibus
-	-ēs
-em	-ēs
-is	-um
-ī	-ibus
-e	-ibus

albus
arbor
bibit
caelum
campus
canis
cibus
collis
dūcit
ēst edunt
herba
iacet
lūcet
lupus
mōns
niger
nūbēs
ovis
pānis
pāstor
petit
rīvus
silva
sōl
sub
suprā
terra
umbra
vallis

pāstor bon<u>us</u> (*m.*)
ovis alb<u>a</u> (*f.*)

CAPITVLVM NONVM

Lēctiō prīma (versūs 1–38)

Exercitium 1

1. Ecce pāstor cum can__ et centum ov_____
2. Pāstor ūnum can____ et centum ov___ habet.
3. Pāstor est dominus can___ et ov_____.
4. Pāstor can__ et ov_____ cibum dat.
5. Can___ et ov___ ā pāstōr__ cibum accipiunt.
6. Dominus huius pāstōr___ est Iūlius.
7. Iūlius pāstōr__ suō pānem dat.
8. Iūlius nōn ūnum pāstōr____, sed multōs pāstōr___ habet.
9. Iūlius est dominus multōrum pāstōr____.
10. Iūlius pāstōr_____ suīs pānem dat.
11. Pāstōr___ pānem accipiunt ā dominō suō.
12. Ovēs ā pāstōr_____ suīs nōn abeunt.

Exercitium 2

1. Pāstor in _______ est cum ______ et centum _______.
2. Ūna ovis ______ est, cēterae sunt ______.
3. _______ ovibus suīs aquam et _______ dat.
4. Cibus ovium est ______; ovēs herbam _______, et aquam _________ ē_____.
5. Cibus pāstōris est _______; pāstor pānem ____.
6. Post campum ________ sunt; inter montēs sunt _______.
7. In campō est parvus _______, in quō ūna ______ est.
8. In ______ multae arborēs sunt.
9. In silvīs et in montibus sunt _____, quī ovēs edunt.
10. ____ lūcet; nūlla nūbēs in ______ est.
11. Caelum est ______ terram.
12. In ______ sunt campī et silvae, montēs et vallēs.
13. Sōl ______; nūlla _______ ante sōlem est.
14. ____ arbore nōn sōl, sed _______ est.
15. Pāstor ad arborem it: pāstor umbram ______.
16. Pāstor ovēs suās ad arborem ______.
17. Iam pāstor et ovēs sub arbore _______.

Exercitium 3

1. Ubi est pāstor? ...
2. Quot ovēs apud eum sunt? ...
3. Quid inest in saccō pāstōris? ...
4. Ovēsne pānem edunt? ...
5. Cūr canis pāstōrem amat? ...
6. Quis est dominus pāstōris? ...
7. Quid vidētur post campum? ...
8. Inter montēs quid est? ...
9. Quot arborēs in colle sunt? ...
10. Cūr pāstor et ovēs in silvam nōn intrant? ...
11. Quid est in caelō? ...
12. Quō pāstor ovēs dūcit? ...
13. Cūr pāstor umbram petit? ...
14. Ubi iacet pāstor? ...

Exercitium 4

1. Pāstor bon___ ab ovibus nōn abit.
2. Ovēs pāstōrem bon____ amant.

3. Iūlius est dominus pāstōris bon__
4. Iūlius pāstōrī bon__ pānem dat
5. Ovēs ā pāstōre bon__ nōn abeunt.
6. Pāstōrēs bon__ ab ovibus su___ nōn abeunt.
7. Iūlius mult___ pāstōrēs habet.
8. Iūlius est dominus mult______ pāstōrum.
9. Iūlius pāstōribus su___ pānem dat.
10. Ovēs ā pāstōribus su___ nōn abeunt.
11. In campō sunt mult___ ovēs alb___ et ūn__ ovis nigr__
12. Pāstor mult___ ovēs alb___ et ūn____ ovem nigr____ habet.
13. Pāstor est dominus ovium alb______ et ovis nigr___.
14. Pāstor ovibus alb___ et ovī nigr___ cibum dat.
15. Pastor in campō est cum mult___ ovibus alb___ et ūn__ ove nigr__.

-(is)	-us/-a
-em	-um/-am
-is	-ī/-ae
-ī	-ō/-ae
-e	-ō/-ā
-ēs	-ī/-ae
-ēs	-ōs/-ās
-(i)um	-ōrum/-ārum
-ibus	-īs

Exercitium 5

1. In caelō nūllae nūb___ sunt.
2. Nūll__ nūb___ ante sōlem est.
3. Pāstor nūll____ nūbem in caelō videt.
4. In campō est coll___ parv___ cum magn__ arbor__.
5. Coll___ est mōns parv___.
6. Post campum sunt magn__ mont___.
7. In parv__ coll__ ūn__ arbor est.
8. In magnā silvā mult___ arbor___ sunt.
9. Pāstor ov___ su___ ad parv____ coll___ dūcit.
10. Pāstor fess___ cum ov_____ su___ in umbrā magn___ arbor___ iacet.
11. Arbor pāstōr__ fess__ et ov_____ fess___ umbram dat.

ūna nūbēs
duae nūbēs

vallis | nūbēs | arbor — magna

pānis | collis | canis | mōns — magnus

Lēctiō secunda (versūs 39–86) *Lēctiō II*

Exercitium 6

Exemplum: Mēdus ā Iūliō abit = Mēdus Iūlium relinquit.

1. Servus improbus ā dominō suō abit = Servus improbus...
2. Servī probī dominōs suōs nōn relinquunt = Servī probī...
3. Mēdus et Lȳdia ā tabernā abeunt = Mēdus et Lȳdia...
4. Iūlia ab Aemiliā et puerīs abit = Iūlia...
5. Ovis nigra pāstōrem suum relinquit = Ovis nigra...
6. Canis ā pāstōre nōn abit = Canis...
7. Pāstor ovēs albās relinquit = Pāstor...
8. Lupus ab ove et cane abit = Lupus...

eum relinquit
= ab eō abit

Exercitium 7

1. _____ pāstor dormit, ovis nigra abit.
2. Canis ovem videt et _______: "Baubau!"
3. Pāstor ovēs __________ et silvam petit.
4. Ovis nigra in magnā silvā ______.
5. In terrā sunt _________ lupī; lupus _____ nōn procul abest.
6. Lupus in silvā cibum ________.
7. Pāstor ovem quaerit, neque eam ________.
8. Lupus _______: "Uhuhū!" Ovis ______: "Bābā!"
9. Ovis cōnsistit et exspectat _____ lupus venit.
10. Oculī lupī in umbrā lūcent ___ gemmae.
11. Lupus _______ suōs albōs ostendit!
12. Sed ecce canis _________ et lupum ______.
13. Pāstor clāmat; canis ___________ eius audit.
14. Pāstor parvam ovem in umerōs __________

accurrit
bālat
clāmor
dēns
dum
errat
impōnit
ipse
lātrat
petit
quaerit
relinquit
reperit
ululat
ut
vestīgium

Exercitium 8

1. Quō abit ovis nigra? ...
2. Dormitne canis? ...
3. Quid agit pāstor? ...
4. Ubi ovis nigra errat? ...
5. Quid ovis videt in terrā? ...
6. Quid lupus in silvā quaerit? ...
7. Quid pāstor et canis quaerunt? ...
8. Ululatne canis? ...
9. Quid ovis ante sē in umbrā videt? ...
10. Cūr lupus ovem relinquit? ...
11. Quō pāstor ovem nigram portat? ...
12. Cēterae ovēs quid agunt? ...

Lēctiō grammatica

dēclīnātiō I (dēcl. I)
(gen. sing. *-ae*)

	sing.	plūr.
nōm.	*-a*	*-ae*
acc.	*-am*	*-ās*
gen.	*-ae*	*-ārum*
dat.	*-ae*	*-īs*
abl.	*-ā*	*-īs*

Lēctiō grammatica (versūs 87–127)

Exercitium 9

Dēclīnātiō prīma

Exemplum: *vīll|a*, gen. sing. *-ae*, f.

	Sing.	Plūr.
1. Nōm.	*vīll*__	*vīll*___
2. Acc.	*vīll*___	*vīll*___
3. Gen.	*vīll*___	*vīll*_____
4. Dat..	*vīll*___	*vīll*___
5. Abl.	*vīll*__	*vīll*___

6. *Vīlla* _______________ singulāris est.
7. *Vīllā* ____________ singulāris est.
8. *Vīllae* ____________ aut _________ singulāris est aut ______________ plūrālis.
9. *Vīllam* ____________ ____________ est.
10. *Vīllārum* ____________ __________ est.
11. *Vīllās* _____________ __________ est.
12. *Vīllīs* _________ aut ___________ __________ est.

dēclīnātiō II
(gen. sing. *-ī*)
masc.

	sing.	plūr.
nōm.	*-us*	*-ī*
acc.	*-um*	*-ōs*
gen.	*-ī*	*-ōrum*
dat.	*-ō*	*-īs*
abl.	*-ō*	*-īs*
voc.	*-e*	

neutr.

	sing.	plūr
nōm.	*-um*	*-a*
acc.	*-um*	*-a*
gen.	*-ī*	*-ōrum*
dat.	*-ō*	*-īs*
abl.	*-ō*	*-īs*

Exercitium 10

Dēclīnātiō secunda

Exempla: *domin|us*, gen. sing. *-ī*, m.
verb|um, gen. sing. *-ī*, n.

	Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
1. Nōm.	*domin*___	*domin*__	*verb*___	*verb*__
2. Acc.	*domin*___	*domin*___	*verb*___	*verb*__
3. Gen.	*domin*__	*domin*_____	*verb*__	*verb*_____
4. Dat.	*domin*__	*domin*___	*verb*__	*verb*___
5. Abl.	*domin*__	*domin*___	*verb*__	*verb*___
6. Voc.	*domin*__			

7. *Domine* ____________ singulāris est.
8. *Dominī* ____________ singulāris est aut ______________ plūrālis.
9. *Dominīs* et *verbīs* _________ aut ___________ plūrālis est.
10. *Dominō* et *verbō* _________ aut ___________ singulāris est.
11. *Dominōrum* et *verbōrum* ___________ __________ est.
12. *Dominōs* _____________ __________ est.
13. *Dominum* _____________ ____________ est.
14. *Dominus* _______________ ___________ est.
15. *Verba* _______________ aut _____________ plūrālis est.
16. *Verbī* ____________ singulāris est.
17. *Verbum* ______________ aut _____________ ____________ est.

Exercitium 11

Dēclīnātiō tertia

Exempla: *pāstor*, gen. sing. *-ōr|is*, m.
ov|is, gen. sing. *-is*, f.

	Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
1. Nōm.	*pāstor*	*pāstōr*___	*ov*___	*ov*___
2. Acc.	*pāstōr*___	*pāstōr*___	*ov*___	*ov*___
3. Gen.	*pāstōr*___	*pāstōr*___	*ov*___	*ov*___
4. Dat.	*pāstōr*__	*pāstōr*_____	*ov*__	*ov*_____
5. Abl.	*pāstōr*__	*pāstōr*_____	*ov*__	*ov*_____

6. *Pāstor* ____________ singulāris est.
7. *Pāstōre* et *ove* __________ __________ est.
8. *Pāstōrem* et *ovem* ____________ __________ est.
9. *Pāstōrēs* et *ovēs* ____________ aut ____________ plūrālis est.
10. *Pāstōrī* et *ovī* _______ __________ est.
11. *Pāstōribus* et *ovibus* ________ aut __________ plūrālis est.
12. *Pāstōris* __________ __________ est.
13. *Ovis* ____________ aut __________ singulāris est.
14. *Pāstōrum* et *ovium* __________ _________ est.

dēclīnātiō III
(gen. sing. *-is*)
masc./fēm.

	sing.	plūr.
nōm.	-	*-ēs*
acc.	*-em*	*-ēs*
gen.	*-is*	*-um*
dat.	*-ī*	*-ibus*
abl.	*-e*	*-ibus*
nōm.	*-is*	*-ēs*
acc.	*-em*	*-ēs*
gen.	*-is*	*-ium*
dat.	*-ī*	*-ibus*
abl.	*-e*	*-ibus*

CAPITVLVM DECIMVM

Lēctiō prīma (versūs 1–34)

Exercitium 1

1. Lupus et canis et ovis ________ sunt.
2. Virī et fēminae _________ sunt.
3. Lupus est bēstia _____; etiam ____ bestia fera est.
4. In Āfricā sunt multī leōnēs et aliae ______ [= bēstiae ferae].
5. _______ sunt bēstiae quae in aquā ________.
6. _____ sunt bēstiae quae in āere ________.
7. _______ est magna avis fera quae parvās avēs _______ et ēst.
8. Avis quae volat ālās _______; piscis quī natat _________ movet.
9. Homō quī ambulat ______ movet.
10. _____ homō ambulat, pedēs moventur.
11. Cum avis in _____ volat, _____ moventur.
12. Avis ālās habet, itaque avis volāre _______.
13. Leō volāre nōn potest, _____ [= quia] ālās nōn habet.
14. Hominēs, quī pedēs habent, ambulāre _________.
15. Quī ambulat vestīgia in terrā _______.
16. Nōn sōlum equus, sed etiam ________ hominem vehere potest.
17. Mercurius est ______ mercātōrum et _________ deōrum.
18. __________ est homō quī emit et vēndit.

Cap. X

Lēctiō I

āēr
āla
aquila
asinus
avis
capit
bēstia
cauda
cum
deus
facit
fera
ferus
homō
leō
mercātor
movet
natat
nūntius
pēs
piscis
potest possunt
quod
volat

Exercitium 2

1. Quid est leō? ...
2. Quid bēstiae ferae edunt? ...
3. Cūr leōnēs ab hominibus timentur? ...
4. Quae bēstiae in aquā natant? ...
5. Quae bēstiae volant? ...
6. Quid movētur cum avis volat? ...
7. Quot pedēs habet homō? . .
8. Equus quot pedēs habet? ...
9. Cūr equus volāre nōn potest? ...
10. Cūr piscēs ambulāre nōn possunt? ...

11. Hominēsne natāre possunt? ...
12. Quis est Mercurius? ...
13. In pedibus et in petasō Mercuriī quid est? ...
14. Quōrum deus est Mercurius? ...
15. Quid est mercātor? ...

Exercitium 3

leō leōn|is
homō homin|is

1. In Āfricā sunt multī leō____.
2. In Āfricā magnus numerus leō_____ est.
3. Multī hom   Rōmae habitant.
4. Rōmae habitat magnus numerus hom______.
5. Leō nōn est amīcus hom_____, neque homō amīcus leō____ est.
6. Homō leō_____ timet, et hom______ timet leō.
7. Leō ab hom____ timētur, et hom__ timētur ā leō____.
8. Leō____ timentur ab hom______, et hom_____ ā leō______ timentur.

Lēctiō II

Lēctiō secunda (versūs 35–73)

Exercitium 4

-re
[1] -āre
[2] -ēre
[3] -ere
[4] -īre

1. Avēs vol____ possunt; piscēs nat____ possunt.
2. Equus ambul____ et curr____ potest.
3. Ovēs lupum aud ___ possunt, neque eum vid____ possunt
4. Iūlia centum numer____ nōn potest.
5. Homō mortuus sē mov____ nōn potest.
6. Sub aquā homō nōn potest spīr____.
7. Sine animā nēmō potest vīv____.
8. Animam dūc____ necesse est hominī.
9. Necesse nōn est gemmās hab____.
10. Quī gemmās vēndit pecūniam fac____ potest.

Exercitium 5

-re -rī/-ī
[1] -āre -ārī
[2] -ēre -ērī
[3] -ere -ī
[4] -īre -īrī

Exempla: Iūlius Iūliam portā<u>re</u>/vehe<u>re</u> potest.
Iūlia ā Iūliō portā<u>rī</u>/veh<u>ī</u> potest.

1. Iūlia magnum saccum port____ nōn potest.
2. Magnus saccus ā parvā puellā port____ nōn potest.
3. Hominēs deōs neque vid____ neque aud____ possunt.
4. Deī neque vid____ neque aud ___ possunt ab hominibus.
5. Nēmō piscēs numer   potest: piscēs numer   nōn possunt
6. Quī pecūniam habet cibum em____ potest.
7. Sine pecūniā cibus em__ nōn potest.
8. Mārcus et Quīntus nōn possunt lectīcam veh____.
9. Ā parvīs puerīs lectīca veh__ nōn potest.
10. Canis ōstium neque aper____ neque claud____ potest.
11. Ōstium ā cane neque aper____ neque claud__ potest.

Exercitium 6

anima
animal
flūmen
folium
mare
mortuus
necesse
nēmō
nīdus
ōvum
parere
pullus
pulmō

1. Magnum _________ est Nīlus.
2. Ōceanus Atlanticus magnum ______ est.
3. Piscēs nōn in terrā, sed in aquā ________.
4. Cum homō _______, anima in ___________ intrat et rūrsus exit.
5. ________ est āēr quī in pulmōnēs dūcitur.
6. Quī spīrat ______ est, quī nōn spīrat est _________.
7. Sine animā et cibō _______ vīvere potest.
8. Spīrāre et ēsse hominibus _________ est.
9. Hominēs et bēstiae __________ sunt.
10. Avēs in arboribus _______ faciunt.
11. Nīdī sunt inter _______ et ______ arborum.

12. In nīdīs sunt ____ aut pullī.
13. Avēs ōva _________, ex quibus ______ exeunt.
14. Ovis nōn ōva, sed pullōs vīvōs ______.
15. Fēminae quae pecūniam facere ________ ōrnāmenta sua vēndunt.

rāmus
spīrāre
vīvere
vīvus
volunt

Exercitium 7

1. Nīlus magn____ flūm___ est.
2. Nīlus et Rhēnus magn__ flūm____ sunt.
3. Mārcus et Quīntus in parv__ flūm____ natant.
4. Puerī in aquā flūm_____ natant.
5. Parva flūm____ magnō flūm____ aquam dant.
6. Ōceanus magn____ mar__ est.
7. Inter Eurōpam et Āfricam mult__ mar___ sunt.
8. In Ōceanō et in cēterīs mar_____ multī sunt piscēs.
9. In flūm_______ quoque magnus numerus piscium est.
10. Nēmō piscēs mar_____ et flūm_____ numerāre potest.
11. Piscēs sunt animāl___ quae vīvunt in mar__.
12. Leō est animal qu___ in terrā vīvit.
13. Magnus numerus animāl_____ in terrā vīvunt.
14. Parv__ animāl____ ā magnīs animāl_____ eduntur.

flūmen	flūmin|a
flūmin|is	flūmin|um
flūmin|ī	flūmin|ibus
flūmin|e	flūmin|ibus

mar|e	mar|ia
mar|is	mar|ium
mar|ī	mar|ibus

animal	animāl|ia
animāl|is	animāl|ium
animāl|ī	animāl|ibus

Lēctiō tertia (versūs 74–131)

Exercitium 8

1. Iūlia cum puerīs lūdere _____, neque iī cum puellā _______ volunt.
2. Puerī Iūliam ________ [= cantāre] audiunt.
3. Iūlia _______ pulchram habet: _____ Iūliae pulchra est.
4. Avēs ____________ sunt neque canunt; puerī ______ [= nam puerī] nīdōs quaerunt.
5. Avēs perterritae inter folia arborum sē __________.
6. Quīntus in arborem __________ ; Mārcus eum aspicit neque ipse in arborem ascendere ______.
7. Nōn ________, sed tenuis est rāmus quō nīdus __________.
8. Rāmus _______ puerum crassum sustinēre nōn potest.
9. Quīntus ad terram ______.
10. Puer spīrat; _____ vīvit, nam quī spīrat mortuus _____ nōn potest.
11. Pater fīlium in vīllam portat et in ______ pōnit.

Lēctiō III

ascendere
audēre
cadere
canere
crassus
enim
ergō
esse
lectus
lūdere
occultāre
perterritus
sustinēre
tenuis
vōx
vult

Exercitium 9

Exempla: Albīn<u>us</u> clām<u>at</u>. Lӯdia Albīn<u>um</u> clām<u>āre</u> audit.
Sacc<u>us</u> ā Syrō aper<u>itur</u>. Puer sacc<u>um</u> ā Syrō aper<u>īrī</u> videt.
Sacc<u>us</u> plēn<u>us</u> <u>est</u>. Puer sacc<u>um</u> plēn<u>um</u> <u>esse</u> videt.

1. Iūlia canit. Puerī Iūli____ can____ audiunt.
2. Iūlia ā Mārcō pulsātur. Quīntus Iūli____ ā Mārcō puls____ videt.
3. Iūlia plōrat et Mārcus rīdet. Quīntus Iūli____ plōr____ et Mārc____ rīd____ audit.
4. Aemilia venit. Puerī Aemili____ ven____ vident.
5. Aemilia īrāta est. Mārcus Aemili____ īrāt____ es___ videt.
6. Pullī mortuī sunt. Iūlia pull___ mortu___ es___ videt.
7. Dāvus ā Iūliō interrogātur et ā Mēdō accūsātur. Aemilia Dāv____ ā Iūliō interrog____ et ā Mēdō accūs____ audit.
8. Mēdus ā Iūliō vocātur neque venit. Aemilia Mēd____ ā Iūliō voc____ audit neque e____ ven____ videt.

-us	-um	-re	videt
-a	-am	-rī	audit
-is	-em	-ī	
-	-		
-ī	-ōs		vident
-ae	-ās		audiunt
-ēs	-ēs		
	-a		

Exercitium 10

1. Quid puerī in hortō agunt? ...
2. Quid agit Iūlia? ...

3. Cūr avēs hortī nōn canunt? ...
4. Cūr Mārcus Quīntum vocat? ...
5. Mārcusne in arborem ascendit? ...
6. Quid est in nīdō ad quem Quīntus ascendit? ...
7. Cūr rāmus tenuis Quīntum sustinēre nōn potest? ...
8. Quid Mārcus perterritus videt? ...
9. Estne mortuus Quīntus? . .
10. Pullīne mortuī sunt? ...
11. Quid facit Mārcus? ...
12. Quō pater currit et quid videt? ...
13. Quō Iūlius fīlium suum portat? ...
14. Quid videt Aemilia? ...

Lēctiō grammatica

īnfīnītīvus (īnf.)

imp.	īnf.
[1] -ā|	-ā|re
[2] -ē|	-ē|re
[3] -|e	-|ere
[4] -ī|	-ī|re

īnfīnītīvus

āct.	pass.
[1] -ā|re	-ā|rī
[2] -ē|re	-ē|rī
[3] -|ere	-|ī
[4] -ī|re	-ī|rī

Lēctiō grammatica (versūs 132–183)

Exercitium 11

1. *Vocā* imperātīvus est. *Vocā|re* est ____________.
2. *Vidē|re, pōn|ere, audī|re* nōn imperātīvus, sed ____________ est.
3. Imperātīvus: *intrā*. Īnfīnītīvus: *intr*____.
4. Imperātīvus: *tacē*. Īnfīnītīvus: *tac*____.
5. Imperātīvus: *discēde*. Īnfīnītīvus: *discēd*____.
6. Imperātīvus: *venī*. Īnfīnītīvus: *ven*____.
7. *Vocā|re* est īnfīnītīvus āctīvī. *Vocā|rī* ____________ passīvī est.
8. *Vidē|rī, pōn|ī, audī|rī* nōn īnfīnītīvus āctīvī, sed ____________ ____________ est.
9. Īnfīnītīvus: āctīvum *voc*____, passīvum *voc*____.
10. Īnfīnītīvus: āctīvum *vid*____, passīvum *vid*____.
11. Īnfīnītīvus: āctīvum *pōn*____, passīvum *pōn*__.
12. Īnfīnītīvus: āctīvum *aud*____, passīvum *aud*____.

Cap. XI

CAPITVLVM VNDECIMVM

Lēctiō I

ōs ōr|is
crūs crūr|is
corpus corpor|is
caput capit|is

Lēctiō prīma (versūs 1–41)

Exercitium 1

1. In corp____ hūmānō nōn ūn____ crūs, sed duo crūr__ sunt.
2. Corp____ hūmān____ duo bracchia et duo crūr__ habet.
3. In crūr_____ pedēs sunt.
4. In corp____ hūmānō ūn____ caput est, nōn duo capit__.
5. In capit__ est ūn____ ōs, nōn duo ōr__.
6. Quot capit__ et quot ōr__ habent duo corp____?

aeger
atque
auris
bene
bracchium
capillus
caput
color
cor
corpus
crūs
fluere
frōns
gena
iecur
īnfrā

Exercitium 2

1. In ________ hūmānō sunt quattuor __________: duo _________ et duo______.
2. In bracchiō ________ est, in crūre pēs.
3. In _______ sunt duo oculī, duae ______, ūnus nāsus, ūnum ___.
4. Ōs est inter duo ______; in ōre sunt dentēs et ________.
5. Lingua et labra ______ sunt ut rosae.
6. Suprā oculōs _______ est, ______ oculōs sunt _______.
7. ______ caput capillus est.
8. _________ virōrum nōn tam longus est quam fēminārum.
9. Quī oculōs bonōs habet _____ videt.
10. Quī oculōs malōs habet ______ videt.
11. Īnfrā collum est _______, in quō ____ et pulmōnēs sunt.
12. In corde est _________, cuius ____ ruber est.

13. Sanguis per _______ ad cor ______.
14. Īnfrā pulmōnēs est _______, in quō cibus est.
15. Cor, pulmōnēs, _____, venter sunt ________ hūmāna.
16. Quī ventrem malum habet nōn est _______, sed ______.
17. _________ est vir quī homines aegrōs ______ [= sānōs facit].
18. Aemilia apud lectum Quīntī ______.
19. Syra quoque adest, neque ea sedet, sed _____.
20. Māter fīliō suō aquam in _______ dat ______ [= et] fīlius aquam bibit.

labrum
lingua
male
manus
medicus
membrum
ōs
pectus
pōculum
ruber
sānāre
sanguis
sānus
sedēre
stāre
super
vēna
venter
viscera

Exercitium 3

1. Quot membra sunt in corpore hūmānō? ...
2. Quid est in bracchiō? ...
3. In crūre quid est? ...
4. Quot aurēs et quot oculī sunt in capite? ...
5. Quid est in ōre? ...
6. Cūr Syra male audit? ...
7. Ubi sunt pulmōnēs? ...
8. In corde et in vēnīs quid est? ...
9. Quī color est sanguinis? ...
10. In ventre quid est?
11. Quid est medicus? ...
12. Estne sānus Quīntus? ...
13. Estne sōlus in cubiculō suō? .
14. Ubi sedet Aemilia? ...
15. Sedetne Syra?
16. Quid māter fīliō aegrō dat? ...
17. Cūr Quīntus mālum nōn ēst? ...

Exercitium 4

1. Syra pulch___ nōn est neque nāsus eius pulch___ est.
2. Ūna ovis nig___ est, cēterae sunt albae.
3. Canis pāstōris nōn est albus, sed nig___.
4. Quīntus aeg___ est, Iūlia aeg___ nōn est.
5. Māter fīliō aeg___ mālum rub____ dat.
6. Quīntus dentem nig____ habet.
7. Dēns nig___ nōn est sānus, sed aeg___.
8. Capillus Mēdī nōn rub___, sed nig___ est.

-er -ra -rum

pulcher	aeger
pulchr|a	aegr|a
pulchr|um	aegr|um
niger	ruber
nigr|a	rubr|a
nigr|um	rubr|um

Lēctiō secunda (versūs 42–91)

Lēctiō II

Exercitium 5

Exempla: Dominus: "Tacē, serve!" Dominus servum tacēre iubet.
Dominus: "Tacēte, servī!" Dominus servōs tacēre iubet.

1. Medicus: "Ōs aper__, puer, et linguam ostend__!" Medicus puer____ ōs aper____ et linguam ostend____ iubet.
2. Lȳdia: "Cōnsist__, Mēde! Aspic__ tabernam!" Lȳdia Mēd____ cōnsist____ et tabernam aspic____ iubet.
3. Iūlius: "Curr____ in hortum, puerī!" Iūlius puer___ in hortum curr____ iubet.
4. Iūlius: "Curr__, Mārce!" Iūlius Mārc____ curr____ iubet.
5. Domina: "Aper____ fenestrās, ancillae!" Domina ancill__ fenestrās aper____ iubet.
6. Aemilia: "Claud__ oculōs atque dorm__, Quīnte!" Aemilia Quīnt____ oculōs claud____ atque dorm____ iubet.
7. Syra: "Terg__ oculōs, Iūlia! Es laeta!" Syra Iūli____ oculōs terg____ et laetam es___ iubet.

-us	-um	-re	iubet
-a	-am		
-	-em		
-is	-ōs		
-ī	-ās		iubent
-ae	-ēs		
-ēs			

-us	-um	-re	dīcit
-a	-am		
-	-em		
-is	-		
-ī	-ōs		dīcunt
-ae	-ās		
-ēs	-a		

Exercitium 6

Exempla: Iūlia canit. Mārcus Iūliam canere audit.
Mārcus: "Iūlia canit." Mārcus 'Iūliam canere' dīcit.

1. Puer dorm___. Medicus puer____ dorm____ videt.
2. Medicus: "Puer dorm___." Medicus 'puer____ dorm____' dīcit.
3. Lingu__ puerī rubr__ est. Medicus lingu____ eius rubr___ es___ videt.
4. Medicus. "Lingu__ rubr__ est." Medicus 'lingu____ rubr____ es___' dīcit.
5. Pēs dol___. Quīntus ped____ dol____ sentit.
6. Quīntus: "Pēs dol___!" Quīntus 'ped____ dol____' dīcit.
7. Servī clām____ et rīd____. Aemilia serv__ clām____ et rīd____ audit.
8. Aemilia: "Servī clām____ et rīd____!" Aemilia 'serv___ clām____ et rīd____' dīcit.
9. Saccul___ Dāvī vacu___ est. Iūlius saccul____ Dāvī vacu____ es___ videt.
10. Iūlius: "Saccul___ Dāvī vacu___ est." Iūlius dīcit 'saccul____ Dāvī vacu____ es___'.

Exercitium 7

1. Ubi habitat medicus? ...
2. Quō Iūlius servum suum īre iubet? ...
3. Ambulatne servus quī medicum arcessit? ...
4. Quō it Iūlius cum medicō? ...
5. Quid medicus videt? ...
6. Quid dīcit medicus? ...
7. Cūr Syra verba medicī audīre nōn potest? ..
8. Quid medicus Quīntum facere iubet? ...
9. Quī color est linguae? ...
10. Quid dīcit medicus? ...
11. Quid medicus videt inter dentēs albōs? ...
12. Suntne sānī dentēs Quīntī? ...
13. Quid dīcit Quīntus? ...
14. Quid medicus tangit? ...
15. Quid sentit Quīntus et quid dīcit? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia (versūs 92–139)

Exercitium 8

1. Iūlia bene can___, sed Mārcus e____ male can____ putat.
2. Quīnt___ mortu___ nōn est, sed Syra putat Quīnt____ mortu____ esse.
3. Iūlius et Aemilia medic____ stult____ es___ putant.
4. Quīnt___ oculōs claud___ neque dorm___; Aemilia Quīnt____ oculōs claud____ videt et e____ dorm____ putat.
5. Dāvus Mēd____ putat nummōs Iūliī hab____.
6. Mēdus preti____ ānulī nimis magn____ es___ putat.
7. Lȳdia putat ānul____ gemmāt____ pulchr____ es___.
8. Puerī nās____ Iūliae foed____ es___ putant atque dīcunt!
9. Vi__ long__ nōn est, sed servī quī lectīcam portant vi____ long____ es___ putant.
10. Rōmānī de____ Neptūn____ in marī vīv___ putant; Mercuri____ autem putant inter caelum et terram vol____.

aegrōtāre
appōnere
arcessere
culter
dē

Exercitium 9

1. Servus Iūliī Tūsculum it atque medicum ________.
2. Servus cum medicō ad vīllam ________ [= rūrsus venit].
3. Medicus interrogat: "Quis ________ [= aeger est]?"
4. Medicus linguam Quīntī ________ [= aspicit].

5. Medicus digitum in pede puerī impōnit: medicus pedem eius _______.
6. Quīntus digitum medicī in pede suō ________.
7. Quīntus: "Ei! Pēs ______!" Quīntus 'pedem dolēre' _____.
8. Medicus puerum oculōs claudere iubet, et _________ sūmit.
9. Medicus cultrum ad bracchium Quīntī _________.
10. Puer sanguinem ___ bracchiō fluere sentit; capillī ________, cor _________.
11. Quīntus _______ iacet ____ [= neque] oculōs aperit; itaque Syra eum mortuum esse ______.
12. Māter ________ [= laeta est] quod fīlius vīvit.
13. Aemilia sanguinem dē bracchiō Quīntī _________.
14. Iūlius: "Iam fīlius _______ [= meus et tuus] nōn ______ [= sōlum] pede, sed etiam bracchiō aeger est.

dētergēre
dīcere
dolēre
gaudēre
horrēre
modo
nec
noster
palpitāre
putāre
quiētus
revenīre
sentīre
spectāre
tangere

Exercitium 10

Exemplum: Māter gaudet quod fīlius vīvit = Māter fīlium vīvere gaudet.
1. Quīntus gaudet quod medicus abest = Quīntus medic___ ab_____ gaudet.
2. Lȳdia gaudet quod Mēdus Rōmam venit = Lȳdia Mēd____ Rōmam ven____ gaudet.
3. Iūlius gaudet quod Dāvus servus probus est = Iūlius Dāv____ serv____ prob____ es___ gaudet.
4. Lȳdia gaudet quod Mēdus pecūniam habet = Lȳdia Mēd____ pecūniam hab____ gaudet.
5. Aemilia gaudet quod Iūlius adest = Aemilia Iūli____ ad_____ gaudet.
6. Pāstor gaudet quod ovis nigra vīvit = Pāstor ov____ nigr____ vīv____ gaudet.

Exercitium 11

1. Cūr medicus Quīntum oculōs claudere iubet? ...
2. Quid Aemilia tenet sub bracchiō Quīntī? ...
3. Quid facit medicus? ...
4. Cūr Quīntus horret? ...
5. Cūr nōn potest movēre bracchium? ...
6. Quid dē bracchiō in pōculum fluit? ...
7. Cūr Syra putat Quīntum esse mortuum? ...
8. Quō medicus manum appōnit et quid sentit? ...
9. Quid dīcit medicus? ...
10. Cūr Syra gaudet? ...
11. Quid Aemilia dē bracchiō Quīntī dēterget? ...
12. Quid dīcit Quīntus? ...
13. Quid Aemilia Syram arcessere iubet? ...
14. Cui Aemilia aquam dat? ...
15. Cūr Quīntus medicum abesse gaudet? ...

Lēctiō grammatica (versūs 140–179)

Lēctiō grammatica

Exercitium 12

Dēclīnātiō tertia: neutrum.

Exempla: *corpus, corpor|is; mar|e, mar|is.*

	Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
1. Nōm.	*corpus*	*corpor___*	*mar___*	*mar___*
2. Acc.	*corpus*	*corpor___*	*mar___*	*mar___*
3. Gen.	*corpor___*	*corpor___*	*mar___*	*mar___*
4. Dat.	*corpor___*	*corpor_____*	*mar___*	*mar_____*
5. Abl.	*corpor___*	*corpor_____*	*mar___*	*mar_____*

dēclīnātiō III
neutrum

	sing.	plūr.
nōm.	-	*-a*
acc.	-	*-a*
gen.	*-is*	*-um*
dat.	*-ī*	*-ibus*
abl.	*-e*	*-ibus*

	sing.	plūr.
nōm.	*-e*	*-ia*
acc.	*-e*	*-ia*
gen.	*-is*	*-ium*
dat.	*-ī*	*-ibus*
abl.	*-ī*	*-ibus*

6. *Corpora* et *maria* ___________ aut ___________ plūrālis est.
7. *Corpore* est _________ _________.
8. *Corporī* est _________ _________.
9. *Corporibus* et *maribus* est _______ aut _________ plūrālis.
10. *Corporis* et *maris* _________ _________ est.
11. *Corporum* et *marium* est _________ _________.
12. *Corpus* et *mare* ___________ aut ___________ singulāris est.
13. *Marī* est _______ aut _________ singulāris.

accūsātīvus cum īnfīnītīvō (acc. + inf.)

Exercitium 13

Exemplum: *Medicus 'Quīntum dormīre' dīcit: "Quīntus dormit."*

1. *Quīntum* nōn nōminātīvus, sed ___________ est; *dormīre* nōn indicātīvus, sed ___________ est.
2. *Quīntum* dormīre est ___________ cum ___________.
3. Accūsātīvus cum īnfīnītīvō pōnitur apud haec verba: *iubēre*, _______, _______, _______, _______, _______, _______, _______, *esse*, cētera. Exempla:
4. *Mārcus Quīntum in arborem ascendere ______: "In arborem ascende, Quīnte!"*
5. *Quīntus in terrā iacet nec sē movet; itaque Mārcus eum mortuum esse ______.*
6. *Mārcus clāmat. Iūlius Mārcum clāmāre ______ et accurrere ______.*
7. *Mārcus: "Quīntus mortuus est." Mārcus ______ 'Quīntum mortuum esse.'*
8. *Pater manum in pectus fīliī impōnit et cor eius palpitāre ______.*
9. *Iūlius laetus est: pater fīlium vīvere ______.*
10. *Quīntus ambulāre nōn potest, ergō ________ est eum ā Iūliō portārī.*

Cap. XII

CAPITVLVM DVODECIMVM

Lēctiō I

Lēctiō prīma (versūs 1–35)

Exercitium 1

dat + nōm + est/sunt = *nōm + acc* + habet

Exemplum: Mārcus ūnam sorōrem habet = Mārcō (*dat*) ūna soror est.

1. Iūlius trēs līberōs habet = Iūliō...
2. Aemiliae ūnus frāter est = ...
3. Dāvus multōs amīcōs habet = ...
4. Hominī improbō paucī sunt amīcī = ...
5. Homō duōs oculōs et duās aurēs habet = ...
6. Corporī hūmānō quattuor membra sunt = .
7. Hominēs ālās nōn habent = ...
8. Mercuriō ālae in pedibus sunt = ..
9. Vir Rōmānus tria nōmina habet = ...
10. Rōmānīs multī deī sunt = . .

Exercitium 2

pater patr|is
māter mātr|is
frāter frātr|is

1. Mārcō pat___ et māt___, frāt___ et soror est.
2. Mārcus pat_____ et māt_____, frāt_____ et sorōrem habet.
3. Iūliae duo frāt____ sunt: Iūlia duōs frāt____ habet.
4. Nōmina frāt______ sunt Mārcus et Quīntus.
5. Iūlia māt___ et frāt______ suīs rosās ostendit.
6. Iūlia ā māt___ et ā frāt______ suīs discēdit.
7. Iūlia rosam dat pat___, pat___ fīliae ōsculum dat.
8. Iūlia pat_____ suum amat et ā pat___ suō amātur.
9. Avunculus nōn est frāt___ pat____, sed māt____.
10. Puerī Rōmānī nōn ā māt______, sed ā pat______ suīs nōmina habent.

Exercitium 3

1. Mārcō et Quīntō ūna ______ est: Iūlia.
2. Iūliae duo ________ sunt: Mārcus et Quīntus.
3. Frāter Aemiliae, cui ________ est Aemilius, ___________ līberōrum est.
4. Pūblius ___________ est; alia _____________ sunt Mārcus, Quīntus, Titus.
5. Paulus nōn praenōmen, sed ___________ est.
6. Aemilia ________ est quod frāter eius procul ab eā abest.
7. Līberī: "Ubi est avunculus noster?" Iūlius: "Avunculus _______ est in Germāniā."
8. _______ Rōmānus pīlum et _________ et scūtum _____ [= portat].
9. _______ et gladius et ________ sunt ______ mīlitis Rōmānī.
10. Mīles est vir _________ [= quī arma fert].

arma
armātus
avunculus
cognōmen
fert
frāter
gladius
mīles
nōmen
pīlum
praenōmen
scūtum
soror
trīstis
vester

Exercitium 4

1. Quis est frāter Mārcī? ...
2. Quae soror Mārcī est? ...
3. Quot frātrēs sunt Iūliae? ...
4. Mārcō quot sorōrēs sunt? ...
5. Quot fīliī et quot fīliae Iūliō sunt? ...
6. Quod nōmen est fīliae? ...
7. Fīliīs quae nōmina sunt? ...
8. Quod nōmen mātrī est? ...
9. Quod cognōmen est Iūliō? ...
10. Num 'Quīntus' cognōmen est? ...
11. Quot nōmina virō Rōmānō sunt? ...
12. Quid est praenōmen? . .
13. Quis est avunculus Mārcī? ...
14. Quot frātrēs sunt Aemiliae? ...
15. Cūr Aemilia trīstis est? ...
16. Ubi est frāter Aemiliae? ...
17. Estne Aemilius mercātor Rōmānus? ...
18. Quid mīles Rōmānus fert? ...

Lēctiō secunda (versūs 36–91) *Lēctiō II*

Exercitium 5

1. Mīl___ Rōmānus bona arma fert.
2. Bona arma ā mīl____ Rōmānō feruntur.
3. Arma mīl____ Rōmānī sunt gladius, scūtum, pīlum.
4. In Germāniā multī mīl_____ sunt, et ped_____ et equ_____.
5. In Germāniā magnus numerus mīl______ est, et ped______ et equ______.
6. Equ___ est mīl___ quī equō vehitur; quī pedibus it ped___ est.
7. Pīlum ped_____ Rōmānī nōn tam longum est quam hasta equ_____.
8. Pīlum ā ped____ Rōmānō fertur, hasta ab equ____ fertur.

mīl<u>es</u> mīl<u>it</u>|is
ped<u>es</u> ped<u>it</u>|is
equ<u>es</u> equ<u>it</u>|is

Exercitium 6

Exempla: Gladius long<u>us</u>. Gladius brev<u>is</u>.
Hasta long<u>a</u>. Hasta brev<u>is</u>.

1. Gladius long___ nōn tam lev___ est quam gladius brev___.
2. Hasta brev___ nōn tam grav___ est quam hasta long__.
3. Saccus Lēandrī magn___ et grav___ est, saccus Syrī est parv___ et lev___.
4. Quīntus est puer crass___, Mārcus puer tenu___ est.

-us -us	-us -is
-a -a	-a -is

5. Aemilia nōn laet__, sed trīst___ est.
6. Capillus Aemiliae nōn brev___, sed long___ est.
7. Haec līnea long__ et tenu___ est: [————————].
8. Haec līnea est brev___ et crass__: [-].

Exercitium 7

A nōn tam -us/-a/-is est quam *B* = *B* -ior est quam *A*

Exemplum: Mārcus nōn tam crassus nec tam gravis est quam Quīntus = Quīntus crass<u>ior</u> et grav<u>ior</u> est quam Mārcus.

1. Via Latīna nōn tam longa est quam via Appia = ...
2. Cornēlius nōn tam pecūniōsus est quam Iūlius = ...
3. Syra nōn tam fōrmōsa est quam Aemilia = ...
4. Quīntus nōn tam levis est quam Mārcus = ...
5. Saccus Syrī nōn tam gravis est quam Lēandrī = ...
6. Capillus Iūliae nōn tam brevis est quam Mārcī = ...
7. Mēdus nōn tam probus est quam Dāvus = ...
8. Digitus quārtus nōn tam longus neque tam crassus est quam digitus medius = ...

Exercitium 8

genetīvus <u>partītīvus</u> (*< partīrī*)

Exemplum: Prōvincia est pars imperi<u>ī</u> Rōmān<u>ī</u>.

1. Littera est pars vocābul__.
2. Umerī et pectus partēs corpor___ hūmān__ sunt.
3. Manus pars bracchi__ est ut pēs pars crūr___ est.
4. Ātrium et peristȳlum partēs vīll___ Rōmān___ sunt.
5. Praenōmen est pars prīma nōmin___ Rōmān__.
6. Aegyptus pars Āfric___ est.
7. Magna pars Eurōp___ est in imperiō Rōmānō.

Exercitium 9

imperāre/pārēre + *dat*

Exempla: Pater fīli<u>ō</u> et fīli<u>ae</u> imperat; līberī patr<u>ī</u> su<u>ō</u> pārent.

1. Dominus serv__ suō imperat; servus domin__ su__ pāret.
2. Domina ancill___ suae imperat; ancilla domin___ su___ pāret.
3. Iūlius Mēd__ imperat: "Venī!" nec Mēdus e__ pāret.
4. Mārcus sorōr__ su___ imperat: "Tacē, Iūlia!" neque ea frātr__ su__ pāret.
5. Dux mīlit_____ imperat, mīlitēs duc__ su__ pārent.
6. Rōmānī Gall___ imperant, Gallī Rōmān___ pārent.
7. C___ dominō Dāvus pāret? Dominus c___ Dāvus pāret est Iūlius.

Exercitium 10

-us	*-ūs*
-um	*-ūs*
-ūs	*-uum*
-uī	*-ibus*
-ū	*-ibis*

1. In Germāniā magnus exercit___ Rōmānus est.
2. In exercit__ Rōmānō multī mīlitēs sunt.
3. Dux exercit___ est quī exercit____ dūcit.
4. Dux Rōmānus magnō exercit___ imperat.
5. In Germāniā et in Britanniā magnī exercit___ Rōmānī sunt, quī contrā magnōs hostium exercit___ pugnant.
6. Graecī et Gallī iam exercit_____ Rōmānīs pārent.
7. Multī Graecī et Gallī in exercit_____ Rōmānīs mīlitant.
8. Ducēs exercit_____ Rōmānōrum ā mīlitibus suīs nōn discēdunt.

Exercitium 11

ac
arcus
barbarus
bellum
brevis
contrā
dīvidere

1. Mīlitēs pīlīs et gladiīs __________.
2. Puerī nōn armīs, sed ________ pugnant.
3. ________ est mīles quī ex equō pugnat.
4. Aemilius nōn eques, sed _______ est.
5. Gladius quī ā pedite ________ nōn est longus et _______, sed _______ et levis.

6. Gladius brevis nōn gravis, sed _______ est.
7. Pedes hastam longam et gravem _______ [= portāre] nōn potest.
8. Graecī et Rōmānī nōn sunt hominēs _________ ut Germānī ___ [= atque] Britannī, quī Germāniam et Britanniam ___________.
9. Prōvincia est ______ imperiī Rōmānī.
10. Dānuvius flūmen Germāniam ab imperiō Rōmānō _________.
11. Dānuvius est _______ imperiī Rōmānī.
12. Graecia ________ Graecōrum est.
13. Rōmānī ________ Germānōs pugnant; Germānī enim ________ Rōmānōrum sunt, ac ________ est inter Rōmānōs et Germānōs.
14. Hostēs exercitum Rōmānum __________ [= timent].
15. Quī exercituī imperat _____ exercitūs est.
16. Hispānī, quī in __________ Rōmānō ___________ [= mīlitēs sunt], nōn modo gladiōs et pīla, sed etiam _______ __________que ferunt.

dux
eques
exercitus
ferre fertur
fīnis
gravis
hostis
incolere
levis
metuere
mīlitāre
pars
patria
pedes
pugnāre
pugnus
sagitta

Exercitium 12

1. Quid agunt mīlitēs Rōmānī in Germāniā? ...
2. Quibus armīs mīlitēs Rōmānī pugnant? ...
3. Quid est eques? ...
4. Aemiliusne eques est? ...
5. Quam longum est pīlum Aemiliī? ..
6. Estne longus gladius eius? ...
7. Suntne Graecī hominēs barbarī? ...
8. Estne Germānia prōvincia Rōmāna? ...
9. Quid est prōvincia? ...
10. Quam prōvinciam Gallī incolunt? ...
11. Quod flūmen Germāniam ā Galliā dīvidit? ...
12. Quae flūmina fīnēs sunt imperiī Rōmānī? ...
13. Quae est patria Germānōrum? .
14. Cūr Rōmānī contrā Germānōs pugnant? ..
15. Cui exercitus Rōmānus pāret? ...

Lēctiō tertia (versūs 92–142) *Lēctiō III*

Exercitium 13

1. Aemilius, quī mīles fort___ est, gladium brev___ et lev____ fert.
2. Mīlitī fort__ Rōmān__ est gladius brev___ et lev___.
3. Mīles Rōmān___ gladiō brev__ et lev__ armātus est.
4. Rōmānī, mīlitēs fort___, gladiōs brev___ et lev___ ferunt.
5. Mīlitibus fort_____ Rōmān___ sunt gladiī brev___ et lev___.
6. Mīlitēs Rōmān__ gladiīs brev_____ et lev_____ armātī sunt.
7. In ānulō Aemiliae est gemma magn__ et grav___.
8. Aemilia gemmam habet magn____ et grav____.
9. Aemilia gemmā magn__ et grav__ ōrnātur.
10. Pretium gemmae magn___ et grav___ est sēstertiī centum.
11. Aemilia mult___ gemmās grav___ habet.
12. Magnum est pretium gemmārum grav_____.
13. *Ōs* vocābulum nōn long____ sed brev__ est; in hōc vocābulō brev__ duae litterae sunt.
14. *Ōs* et *pēs* vocābula nōn long__, sed brev___ sunt.

gladius/hasta grav<u>is</u>
scūtum grav<u>e</u>

-us/-a	*-is*
-um/-am	*-em*
-ī/-ae	*-is*
-ō/-ae	*-ī*
-ō/-ā	*-ī*
-um	*-e*
-ī/-ae	*-ēs*
-ōs/-ās	*-ēs*
-ōrum/-ārum	*-ium*
-īs	*-ibus*
-a	*-ia*

Exercitium 14

1. Via Appia long____ et lāt____ est quam via Latīna.
2. Multae viae long______ et lāt______ sunt quam via Latīna.
3. Saccus Syrī lev____ est quam saccus Lēandrī.
4. Syrus saccum lev_______ portat quam Lēander.

gladius/hasta grav<u>ior</u>
scūtum grav<u>ius</u>

-ior	*-iōrēs*
-iōrem	*-iōrēs*
-iōris	*-iōrum*
-iōrī	*-iōribus*
-iōre	*-iōribus*
-ius	*-iōra*

5. In saccō lev_____ sunt pira.
6. *Iūlius* nōmen brev____ est quam *Cornēlius*.
7. Litterae Graecae nōmina long_____ habent quam Latīnae.
8. Rōmānī pīlīs brev________ et lev________ pugnant quam Germānī.
9. Mīlitēs Rōmānī fort______ sunt quam Germānī et ducī fort_____ pārent quam illī.
10. Dux Rōmānus fort____ est quam dux Germānōrum et mīlitibus fort________ imperat quam ille.
11. Cornēlius equum fōrmōs______ habet quam Iūlius; Cornēlius dominus equī fōrmōs______ est.
12. Ōrnāmenta fēminam pulchram pulchr_______ facere possunt.
13. Quod ōrnāmentum pulchr____ est quam ānulus gemmātus?

altus
castra
dēfendere
dīvidere
equitātus
expugnāre
fortis
fossa
fugere
iacere
impetus
lātus
metus
mīlia
oppugnāre
passus
vāllum

Exercitium 15

1. Mīlitēs Rōmānī in _________ habitant.
2. Circum castra vāllum et _______ est.
3. Vāllum prope x pedēs _______ est et duo _______ [MM] ________ longum.
4. Via quae castra in duās partēs _________ centum pedēs ________ est.
5. Cum hostēs castra ____________, Rōmānī ________ ascendunt.
6. Hostēs castra ___________ nōn possunt, quia Rōmānī castra __________.
7. Hostēs pīla in castra ________ nōn possunt.
8. ___________ [= equitēs] in hostēs __________ facit.
9. Hostēs arma ad terram iaciunt ac _________.
10. Mīles ________ nōn fugit et sine _______ [= timōre] hostēs oppugnat.
11. Rhēnus est flūmen longum et lātum et ________.

Exercitium 16

1. Ubi habitant mīlitēs Rōmānī? ...
2. Ubi sunt castra in quibus Aemilius habitat? ...
3. Cūr nūllī puerī in castrīs habitant? ...
4. Quid est circum castra Rōmāna? ...
5. Quam altum et quam longum est vāllum castrōrum? ...
6. Quot portae in castra dūcunt? ...
7. Quam lāta via est inter duās portās? ...
8. Cum castra oppugnantur, quid agunt Rōmānī? ...
9. Quibus armīs vāllum dēfenditur? ...
10. Quid facit mīles fortis quī ab hoste petitur? ...
11. Quō fugiunt Germānī? ...
12. Cūr pīla Germānōrum procul iacī nōn possunt? ...
13. Cūr Germānia ā Rōmānīs nōn expugnātur? ...
14. Num Rōma ab hostibus expugnārī potest? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica (versūs 143–225)

dēclīnātiō IV
(gen. *-ūs*)

	sing.	plūr.
nōm.	*-us*	*-ūs*
acc.	*-um*	*-ūs*
gen.	*-ūs*	*-uum*
dat.	*-uī*	*-ibus*
abl.	*-ū*	*-ibus*

Exercitium 17

Dēclīnātiō quārta
Exemplum: *man|us*, gen. sing. *-ūs*, f.

	Sing.	Plūr.
1. Nōm.	*man*___	*man*___
2. Acc.	*man*___	*man*___
3. Gen.	*man*___	*man*____
4. Dat.	*man*___	*man*_____
5. Abl.	*man*__	*man*_____

6. *Manibus* est _________ aut ___________ plūrālis.
7. *Manū* ___________ singulāris est.

8. *Manuī* __________ __________ est.
9. *Manum* __________ __________ est.
10. *Manus* __________ __________ est.
11. *Manūs* est __________ singulāris aut __________ aut __________ plūrālis.
12. *Manuum* __________ __________ est.

Exercitium 18

Exemplum: *Mūrus altus. Porta alta. Vāllum altum*

1. *Alt|us -a -um* est __________ prīmae et secundae dēclīnātiōnis.

	Singulāris			Plūrālis		
	Masc.	Fēm.	Neutr.	Masc.	Fēm.	Neutr.
2. Nōm.	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___
3. Acc.	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___
4. Gen.	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___
5. Dat	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___
6. Abl.	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___	*alt*___
7. Voc.	*alt*___					

8. Masculīnum: *altus* est __________ __________, *altum* __________ __________, *altōs* __________ plūrālis, *altī* __________ singulāris aut __________ plūrālis, *alte* __________ __________.
9. Fēminīnum: *alta* est __________ singulāris, *altam* __________, *altās* __________ __________, *altae* __________ aut __________ singulāris aut __________ plūrālis, *altā* __________ __________, *altārum* __________ __________.
10. Neutrum: *altum* est __________ aut __________ singulāris, *alta* __________ aut __________ plūrālis.
11. Masculīnum et neutrum: *altī* est __________ singulāris, *altō* __________ aut __________ singulāris, *altōrum* __________ __________.
12. *Altīs* __________ aut __________ plūrālis est.

adiectīvum
dēcl. I et II

	sing.	plūr.
masc.		
nōm.	*-us*	*-ī*
acc.	*-um*	*-ōs*
gen.	*-ī*	*-ōrum*
dat.	*-ō*	*-īs*
abl.	*-ō*	*-īs*
voc.	*-e*	
fēm.		
nōm.	*-a*	*-ae*
acc.	*-am*	*-ās*
gen.	*-ae*	*-ārum*
dat.	*-ae*	*-īs*
abl.	*-ā*	*-īs*
neutr.		
nōm.	*-um*	*-a*
acc.	*-um*	*-a*
gen.	*-ī*	*-ōrum*
dat.	*-ō*	*-īs*
abl.	*-ō*	*-īs*

Exercitium 19

Exemplum: *Saccus gravis. Gemma gravis. Scūtum grave.*

1. *Grav|is -e* est adiectīvum __________ dēclīnātiōnis.

	Singulāris		Plūrālis	
	Masc./Fēm.	Neutr.	Masc./Fēm.	Neutr.
2. Nōm.	*grav*___	*grav*___	*grav*___	*grav*___
3. Acc.	*grav*___	*grav*___	*grav*___	*grav*___
4. Gen.	*grav*___	*grav*___	*grav*___	*grav*___
5. dat.	*grav*___	*grav*___	*grav*___	*grav*___
6. Abl.	*grav*___	*grav*___	*grav*___	*grav*___

7. Masculīnum et fēminīnum: *gravis* est __________ aut __________ singulāris, *gravem* __________ __________, *gravēs* __________ aut __________ plūrālis.
8. Neutrum: *grave* est __________ aut __________ singulāris, *gravia* __________ aut __________ plūrālis, *gravis* __________ singulāris.
9. *Gravī* __________ aut __________ singulāris est.
10. *Gravibus* __________ aut __________ plūrālis est.
11. *Gravium* __________ __________ est.

adiectīvum
dēcl. III
masc./fēm.

	sing.	plūr.
nōm.	*-is*	*-ēs*
acc.	*-em*	*-ēs*
gen.	*-is*	*-ium*
dat.	*-ī*	*-ibus*
abl.	*-ī*	*-ibus*
neutr.		
nōm.	*-e*	*-ia*
acc.	*-e*	*-ia*
gen.	*-is*	*-ium*
dat.	*-ī*	*-ibus*
abl.	*-ī*	*-ibus*

comparātīvus (comp.)
masc./fēm.

	sing.	plūr.
nōm.	*-ior*	*-iōrēs*
acc.	*-iōrem*	*-iōrēs*
gen.	*-iōris*	*-iōrum*
dat.	*-iōrī*	*-iōribus*
abl.	*-iōre*	*-iōribus*
neutr.		
nōm.	*-ius*	*-iōra*
acc.	*-ius*	*-iōra*
gen.	*-iōris*	*-iōrum*
dat.	*-iōrī*	*-iōribus*
abl.	*-iōre*	*-iōribus*

Exercitium 20

Comparātīvus

Exemplum: *Gladius longior. Via longior. Pīlum longius.*

1. *Longior -ius -iōr|is* est ______________ adiectīvī.

	Singulāris		Plūrālis	
	Masc./Fēm.	Neutr.	Masc./Fēm.	Neutr.
1. Nōm.	*longior*	*longius*	*longiōr*___	*longiōr*___
2. Acc.	*longiōr*____	*longius*	*longiōr*___	*longiōr*___
3. Gen.	*longiōr*___	*longiōr*___	*longiōr*____	*longiōr*____
4. Dat.	*longiōr*__	*longiōr*__	*longiōr*_____	*longiōr*_____
5. Abl.	*longiōr*__	*longiōr*__	*longiōr*_____	*longiōr*_____

7. Masculīnum et fēminīnum: *longior* est ____________ singulāris, *longiōrem* ____________ ____________, *longiōrēs* ____________ aut ____________ plūrālis.
8. Neutrum: *longius* est ____________ aut ____________ singulāris, *longiōra* ____________ aut ____________ plūrālis.
9. *Longiōre* ____________ singulāris est.
10. *Longiōrī* ____________ ____________ est.
11. *Longiōribus* est ____________ aut ____________ plūrālis.
12. *Longiōris* ____________ ____________ est.
13. *Longiōrum* est ____________ ____________.

Cap. XIII

CAPITVLVM TERTIVM DECIMVM

Lēctiō I

Lēctiō prīma (versūs 1–45)

decimus
duodecimus
nōnus
octāvus
prīmus
quārtus
quīntus
secundus
septimus
sextus
tertius
ūndecimus

Exercitium 1

1. ____________ mēnsis ____________ [I] est.
2. ____________ mēnsis ____________ [II].
3. ____________ mēnsis ____________ [III].
4. ____________ mēnsis ____________ [IV].
5. ____________ mēnsis ____________ [V].
6. ____________ mēnsis ____________ [VI].
7. ____________ mēnsis ____________ [VII].
8. ____________ mēnsis ____________ [VIII].
9. ____________ mēnsis ____________ [IX].
10. ____________ mēnsis ____________ [X].
11. ____________ mēnsis ____________ [XI].
12. ____________ mēnsis ____________ [XII].

aequus
annus
diēs
dīmidius
ducentī
duodētrīgintā
erat
faciēs
fīnis
hōra
igitur
initium
item
māne
mēnsis
merīdiēs

Exercitium 2

1. ________ dīviditur in duodecim mēnsēs.
2. Iānuārius ________ annī prīmus est.
3. December est mēnsis annī ____________.
4. In annō sunt ____________ ____________ quīnque [CCCLXV] ______.
5. ____________ est centum annī; duo saecula sunt ____________ [CC] annī.
6. Centum annī _____ saeculum est longum ____________.
7. Mēnsis Iānuārius ā deō Iānō ____________ [= nōmen habet].
8. Iānus est deus Rōmānus cui duae ________ sunt.
9. Tempore antīquō Mārtius mēnsis prīmus ______.
10. ________ [= illō tempore] Octōber mēnsis octāvus erat.
11. ________ autem Iānuārius est mēnsis prīmus; Octōber ________ [= ergō O.] mēnsis decimus est.
12. Februārius ____________ [XXVIII] aut ____________ diēs habet.

13. Cēterī __________ [xi] mēnsēs longiōrēs sunt.
14. Aprīlis __________ [xxx] diēs habet; ______ Iūnius xxx diēs habet.
15. Sex mēnsēs sunt _________ pars annī.
16. Prīma pars diēī est _______.
17. Diēs est tempus ā māne ad ___________.
18. _____ est tempus ā vesperō ad māne.
19. Māne est _________ diēī, vesper _______ diēī est.
20. Diēs in duodecim _______ dīviditur.
21. Hōra sexta, quae __________ nōminātur, diem dīvidit in duās ________ partēs.

nōmināre
nunc
nox
postrēmus
saeculum
sexāgintā
tempus
trecentī
trīgintā
tunc
ūndecim
ūndētrīgintā
vel
vesper

Exercitium 3

1. Quot mēnsēs sunt in annō? ...
2. Quī mēnsis annī prīmus est? ...
3. Quī est mēnsis annī postrēmus? ...
4. Quot diēs habet annus? ...
5. Num homō ducentōs annōs vīvere potest? ...
6. Ā quō nōminātur mēnsis Iānuārius? ...
7. Quot oculōs et quot ōra habet deus Iānus? ...
8. Cūr mēnsis nōnus September nōminātur? ...
9. Quot diēs habet mēnsis September? ...
10. Quam longus est mēnsis Octōber? ...
11. Estne mēnsis Februārius longior quam Mārtius? ...
12. Quae est pars diēī postrēma? ...
13. In quot hōrās dīviditur diēs? ...
14. Quot mēnsēs sunt dīmidia pars annī? ...

Exercitium 4

accūsātīvus temporis

Exemplum: Iūlia du<u>ās</u> hōr<u>ās</u> dormit.
1. Homō sānus centum ann___ vīvere potest.
2. Nēmō ducent___ ann___ vīvit.
3. Canis duodecim ann___ vīvere potest.
4. Mēdus mult___ hōr___ in sōle ambulat.
5. Aemilius sex mēns___ in Germāniā mīlitat.
6. Quīntus trēs di___ et trēs noct___ in lectō iacet.
7. Mīlitēs pauc___ hōr___ dormiunt.

Lēctiō secunda (versūs 46–101)

Lēctiō II

Exercitium 5

1. Nūllus mēnsis brev____ est quam Februārius: is mēnsis annī brev________ est.
2. Sōl est stēlla clār____ quam cēterae stēllae: sōl stēlla clār_______ est.
3. Nīlus flūmen long____ et lāt____ est quam cētera flūmina Āfricae: id flūmen Āfricae long__________ et lāt__________ est.
4. Nūllī mīlitēs fort______ sunt quam Rōmānī: Rōmānī mīlitēs fort_______ sunt.
5. *Tiberius* praenōmen long____ est quam cētera praenōmina: id praenōmen Latīnum long__________ est.
6. Verba *īre* et *dare* breviōra sunt quam cētera verba Latīna: ea verba Latīna brev_______ sunt.
7. Merīdiē sōl alt_____ in caelō est quam ante et post merīdiem: merīdiē sōl alt________ est in caelō.
8. Mēdus: "Nūlla fēmina tam fōrmōsa aut tam proba est quam Lȳdia: ea fēmina fōrmōs_______ ac prob_______ est!"

-ior	-issimus
	-issima
-ius	-issimum
-iōrēs	-issimī
	-issimae
-iōra	-issima

-ēs	*-ēs*
-em	*-ēs*
-ēī	*-ērum*
-ēī	*-ēbus*
-ē	*-ēbus*

Exercitium 6

1. Di___ est tempus ā māne ad vesperum.
2. Hōra sexta di____ dīvidit in duās aequās partēs.
3. Vesper est fīnis di___.
4. Di___ prīmō mēnsis Septembris nōmen est kalendae Septembrēs.
5. Di__ quīntō decimō post lūnam novam lūna plēna est.
6. Aestāte di___ longiōrēs sunt quam noctēs.
7. Annus CCCLXV di___ habet; numerus di______ magnus est.
8. Prīmīs mēnsium di_____ nōmina sunt *kalendae Iānuāriae, Februāriae, Mārtiae, Aprīlēs,* cētera.
9. Mēnsēs incipiunt ab iīs di_____ quī *kalendae* dīcuntur.

aequinoctium, aestās, atque, autumnus, calidus, clārus, exiguus, fōrma, frīgidus, glaciēs, hiems, īdūs, illūstrāre, imber, incipere, kalendae, lacus, lūna, lūx, nix, nōnae, obscūrus, operīre, stēlla, tōtus, urbs, vēr

Exercitium 7

1. Nōn sōl, sed ______ et _________ lūcent nocte.
2. _____ lūnae ā sōle venit, itaque lūna nōn tam _______ est quam sōl.
3. Sōl terram et lūnam lūce suā __________.
4. Nōn ______ lūna lūce sōlis illūstrātur; ea pars lūnae quae nōn illūstrātur _________ est.
5. Cum lūna nova est, ________ [= parva] pars eius vidētur.
1. _________ angustum Siciliam ab Italiā __________ [= dīvidit].
2. Tempestāte māximā necesse fuit mercēs ē nāve _______.
3. _________ Mēdī verbīs Lȳdiae turbātus est.
4. Mēdus: "________ deus an homō est iste dominus tuus, cui ventī __________ [= pārēre] videntur?"
5. Iēsūs Christus _______ est in oppidō Bethlehem; ___ [= illūc] vēnērunt rēgēs ex oriente, quī īnfantem ______ [= sīcut] deum _____________.
6. Magna ______ hominum Christum docentem sequēbātur.
7. Ex __________ [= tōtā] Iūdaeā hominēs aegrī, quī _______ dē factīs eius mīrābilibus audīverant, ad Christum conveniēbant.
8. Deus, quī semper vīvit, nōn __________, sed ____________ est.
9. Hominēs, quī ___________ ac ___________, mortālēs sunt.
10. _______ est quī vidēre nōn potest, _______ quī audīre nōn potest, _______ quī loquī nōn potest, _________ quī ambulāre nōn potest.
11. Mēdus manum _________ et _________ [= parvum librum] Lȳdiae _____________.
12. Matthaeus facta et ______ Christī _________ [= nārrat].

Exercitium 3

1. Quō nāvigant Mēdus et Lȳdia? ...
2. Estne mare adhūc turbidum? ...
3. Ubi est fretum Siculum? ...
4. Quā dē causā gaudent nautae? ...
5. Cūr nōn gaudet mercātor? ...
6. Dē quibus rēbus cōgitat Mēdus? ...
7. Cūr Lȳdia Mēdum aegrōtāre putat? ...

8. Ubi nātus est Chrīstus? ...
9. Ubi sita est Iūdaea? ...
10. Quī Chrīstum parvulum adōrāvērunt? ...
11. Cūr hominēs aegrī ad Chrīstum conveniēbant? ...
12. Quid Lȳdia Mēdō ostendit? ...

Lēctiō secunda (versūs 56–108)

Lēctiō II

Exercitium 4

Exempla:

Dominus servō imperāvit ut tacēret et audīret, tum eum monuit ut labōrāret nēve quiēsceret: ut industrius esset.

Dominus servīs imperāvit ut tacērent et audīrent, tum eōs monuit ut labōrārent nēve quiēscerent: ut industriī essent.

Dominus imperāvit ut servus improbus vocārētur, prehenderētur, tenērētur, pūnīrētur.

Dominus imperāvit ut servī improbī vocārentur, prehenderentur, tenērentur, pūnīrentur.

1. Iēsūs virō claudō imperāvit ut surg_____ et ambul_____.
2. Medicus Quīntō imperāvit ut ōs aper_____ et linguam ostend_____.
3. Dux mīlitēs monuit ut fortiter pugn_____ nēve hostēs tim_____.
4. Mīnōs postulāvit ut Athēniēnsēs ad Mīnōtaurum mitt_____.
5. Ariadna Thēseum monuit ut cav_____ nē ā mōnstrō occīd_____.
6. Thēseus Ariadnam ōrāvit ut sē ante iānuam opper_____.
7. Mīnōs imperāvit ut Daedalus in labyrinthum inclūd_____.
8. Chrīstus efficere poterat ut hominēs caecī vid_____, surdī aud_____, mūtī loqu_____, atque ut aegrī sānī es_____.

	-ret	-rent
	-rētur	-rentur
[1]	-āret	-ārent
	-ārētur	-ārentur
[2]	-ēret	-ērent
	-ērētur	-ērentur
[3]	-eret	-erent
	-erētur	-erentur
[4]	-īret	-īrent
	-īrētur	-īrentur
	esset	essent

Exercitium 5

1. Mēdus Lȳdiam _____ [= ōrat] ut aliquid sibi legat.
2. Lȳdia librum _____ [= aperit] et legit dē Iaīrō, _____ Iūdaeōrum, cuius fīliam mortuam Iēsūs _____ [= excitāvit].
3. Mēdus: "____ deōs immortālēs! Deus tuus māximam _____ habēre vidētur!"
4. Trēs diī ūniversum _____ inter sē dīvisisse dīcuntur.
5. Iuppiter deus māximus _____ [= exīstimātur].
6. Plūtō _____ [= rēx est] apud _____, ubi _____ mortuōrum velut umbrae _____ dīcuntur.
7. Quārtā _____ noctis discipulī, quī in _____ [= parvā nāve] erant, Iēsum super mare ambulantem vīdērunt.
8. Discipulīs turbātīs Chrīstus "_____ estōte!" ait.
9. Incipiēns mergī Petrus clāmāvit: "Domine, _____ mē fac!"
10. Paulō post ventus _____.

anima
cessāre
cōnstāre
ēvolvere
habērī
Īnferī
mundus
nāvicula
per
potestās
prīnceps
rēgnāre
rogāre
salvus
suscitāre
versārī
vigilia

Exercitium 6

1. Cūr Mēdus Lȳdiae libellum reddit neque ipse legit? ...
2. Quid Iēsūs virō claudō imperāvit? ...
3. Quid Iaīrus rogāvit Iēsum? ...
4. Quid fēcit Iēsūs in domō Iaīrī? ...
5. Potestne Iuppiter hominēs mortuōs suscitāre? ...
6. Quī diī mundum inter sē dīvisērunt? ...
7. Quis deus rēx maris est? ...
8. Quis apud Īnferōs rēgnat? ...
9. Quōmodo Iēsūs ad nāviculam discipulōrum vēnit? ...
10. Cūr turbātī sunt quī in nāviculā erant? ...
11. Quid Iēsūs Petrum facere iussit? ...

12. Num Petrus mersus est? ...
13. Quid dīxērunt discipulī postquam Iēsūs in nāviculam ascendit? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia (versūs 109–189)

Exercitium 7

Exempla:

[1, 2, 4]
-rem -rēmus
-rēs -rētis
-ret -rent
[3]
-erem -erēmus
-erēs -erētis
-eret -erent
[1, 2, 4]
-rer -rēmur
-rēris -rēminī
-rētur -rentur
[3]
-erer -erēmur
-erēris -erēminī
-erētur -erentur

essem essēmus
essēs essētis essent
esset

Māter fīliam monuit ut cavē<u>ret</u> nē in fluvium cade<u>ret</u> ac merge<u>rētur</u>; nec opus erat monēre fīliōs ut cavē<u>rent</u> nē in fluvium cade<u>rent</u> ac merge<u>rentur</u>.

Fīlia: "Māter mē monuit ut cavē<u>rem</u> nē in fluvium cade<u>rem</u> ac merge<u>rer</u>; sed cūr nōn monuit vōs, puerī, ut cavē<u>rētis</u> nē in fluvium cade<u>rētis</u> ac merge<u>rēminī</u>?"

Fīliī: "Māter tē monuit ut cavē<u>rēs</u> nē in fluvium cade<u>rēs</u> ac merge<u>rēris</u>, quia cauta nōn es; nec vērō opus erat nōs monēre ut cavē<u>rēmus</u> nē in fluvium cade<u>rēmus</u> ac merge<u>rēmur</u>."

1. Mēdus: "Dominus ā mē postulābat ut semper industrius es____."
2. Lȳdia: "Amīcae meae mē ōrābant ut Rōmae sēcum manē____, sed tū mihi persuāsistī ut tēcum venī____."
3. Mēdus: "Gaudeō quod amīcae tuae tibi persuādēre nōn potuērunt ut Rōmae manē____ nēve mēcum venī____."
4. Iūlius: "Nōnne vōs monueram, fīliī, nē arborem ascend______?"
5. Quīntus: "Certē nōs monuerās ut cautī es_______ nēve arborem ascend________, sed Mārcus mihi persuāsit ut arborem ascend_____."
6. Iūlius: "Quōmodo Mārcus tibi persuādēre potuit ut arborem ascend_____, sī ego tē monueram ut cautus es____ nēve id fac_____?"
7. Lȳdia: "Laetāminī, nautae! Chrīstus cūrāvit ut vōs salvī es_____ atque ē māximō perīculō servā_________."
8. Nauta: "Fortasse Chrīstus cūrāvit ut tū servā_____, at certē Neptūnus cūrāvit ut ego servā____!"
9. Lȳdia: "Chrīstus cūrāvit ut nōs omnēs servā________."

Exercitium 8

Exempla:

coniūnctīvus post ut, nē *<u>fīnāle</u>* (< fīnis : id quod petitur)

Quārē Mēdus Rōmam venit? Rōmam venit <u>ut</u> amīcam suam vide<u>at</u> [= ...quia amīcam suam vidēre vult].

Quārē Mēdus fugit? Mēdus fugit <u>nē</u> servi<u>at</u> [= ...quia servīre nōn vult].

Quārē Mēdus Rōmam vēnit? Rōmam vēnit <u>ut</u> amīcam suam vidē<u>ret</u> [= ...quia amīcam suam vidēre volēbat].

Quārē Mēdus fūgit? Mēdus fūgit <u>nē</u> servī<u>ret</u> [= ...quia servīre nōlēbat].

1. Magister calamum prōmit ___ scrīb___ [= quia scrībere vult].
2. Mercātōrēs mercēs vēndunt ___ pecūniam faci___ [= quia pecūniam facere volunt].
3. Pāstor umbram petit ___ in sōle ambul___ [= quia in sōle ambulāre nōn vult].
4. Hominēs vestīmenta gerunt ___ frīg____ [= quia frīgēre nōlunt].
5. Ariadna Thēseō fīlum dedit ___ eum serv_____ [= quia eum servāre volēbat].
6. Daedalus ālās cōnfēcit ___ ē labyrinthō ēvol_____ [= quia ē labyrinthō ēvolāre volēbat].
7. Lȳdia oculōs clausit ___ fulgura vid_____ [= quia fulgura vidēre nōlēbat].
8. Multī hominēs aegrī ad Iēsum conveniēbant __ ab eō sān_____ [= quia ab eō sānārī volēbant]

Exercitium 9

1. Discipulī (ad Iēsum): "Domine, _______ [= salvōs fac] nōs! _________!"
2. Iēsūs ventīs imperāvit et facta est ____________ [< tranquillus] magna.
3. Nōn sōlum tempestātēs, sed multa alia _________ nautīs ___________.
4. ___________ maritimī nāvēs persequuntur ut mercēs rapiant.
5. Nūllum mare _______ est ā praedōnibus.
6. Scylla dīcitur saxum ____________ [< perīculum] quō nāvēs franguntur.
7. ________ est locus quō nāvēs flūctibus vorantur.
8. Difficile est omnia maris perīcula ________.
9. Mēdus ________ sē salvum in Graeciam perventūrum esse.
10. Is enim in Graeciā līber vīvere ________ quam in Italiā dominō sevērō __________; itaque cupidus est in Graeciam _______ [< īre].
11. Gubernātor dīcit 'sē morī _______ quam servīre': "Ego morī ______ quam servīre."
12. Intrā sex vel _______ octō diēs amīcī nostrī in Graeciam ___________.
13. Haud facile fuit Lȳdiae ____________ ut Rōmā proficīscerētur.
14. Gubernātor pulchritūdinem ānulī ___________ [= mīrātur].
15. Discipulus __________ est quī studiōsē audit.
16. __________ est pecūnia dominī quae servō datur.

admīrārī
attentus
eundī
impendēre
mālle mālō māvult
pecūlium
perīculōsus
perīculum
perīre
persuādēre
pervenīre
potius
praedō
salvāre
servīre
spērāre
tranquillitās
tūtus
vītāre
vorāgō

Exercitium 10

1. Quem gubernātor putat potestātem maris habēre? ...
2. Iamne nāvis extrā perīculum est? ...
3. Quārē praedōnēs maritimī nāvēs persequuntur? ...
4. Quae perīcula in fretō Siculō nautīs impendent? ...
5. Cūr Mēdus in Graeciā vīvere māvult quam in Italiā? . .
6. Cui dominō Mēdus serviēbat? ...
7. Quid dominus Rōmānus ā Mēdō postulābat? ...
8. Quārē Mēdus ē vīllā dominī Rōmam fūgit? ...
9. Quōmodo Mēdus Lȳdiae persuāsit ut sēcum venīret? ...
10. Quid Lȳdia gubernātōrī ostendit? . .
11. Cūr gubernātor Mēdum ānulum ēmisse mīrātur? ...
12. Cūr Mēdus rubet neque respondet? ...

Lēctiō grammatica (versūs 190–232)

Lēctiō grammatica

Exercitium 11

Āctīvum

1. *Amā|bat* est indicātīvus imperfectī; *amā|ret* nōn indicātīvus, sed ______________ imperfectī est.
2. *Tacē|bat, leg|ēbat, dormi|ēbat* est indicātīvus imperfectī: *tacē|ret, leg|eret, dormī|ret* ____________ ____________ est.
3. Coniūnctīvus imperfectī: singulāris: pers. 1 *-rem*, 2 -____, 3 -____; plūrālis: 1 -_______, 2 -______, 3 -______.

	Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
4. Pers. 1	*vocā*____	*vocā*_______	*vidē*____	*vidē*_______
5. Pers. 2	*vocā*____	*vocā*_______	*vidē*____	*vidē*_______
6. Pers. 3	*vocā*____	*vocā*_______	*vidē*____	*vidē*_______
7. Pers. 1	*dūc*____	*dūc*_______	*audī*____	*audī*_______
8. Pers. 2	*dūc*____	*dūc*_______	*audī*____	*audī*_______
9. Pers. 3	*dūc*____	*dūc*_______	*audī*____	*audī*_______

10. Coniūnctīvus imperfectī verbī *esse:* singulāris: pers. 1 *essem*, 2 *es*____, 3. *es*____; plūrālis: pers. 1 *es*______, 2 *es*______, 3 *es*_____.

coniūnctīvus imperfectī

āct.

	sing.	plūr.
[1,2,4]	*-rem*	*-rēmus*
	-rēs	*-rētis*
	-ret	*-rent*
[3]	*-erem*	*-erēmus*
	-erēs	*-erētis*
	-eret	*-erent*

pass.

	sing.	plūr.
[1,2,4]	*-rer*	*-rēmur*
	-rēris	*-rēminī*
	-rētur	*-rentur*
[3]	*-erer*	*-erēmur*
	-erēris	*-erēminī*
	-erētur	*-erentur*

Passīvum

11. *Amā|bātur* est indicātīvus imperfectī passīvī; *amā|rētur* ______________ imperfectī passīvī est.
12. *Tenē|bātur, leg|ēbātur, pūni|ēbātur* est indicātīvus imperfectī passīvī; *tenē|rētur, leg|erētur, pūnī|rētur* ________________ _____________ ______ est.
13. Coniūnctīvus imperfectī passīvī: singulāris: pers. 1 *-rer*, 2 -______, 3 -______; plūrālis: pers. 1 -______, 2 -________, 3 -_______.

	Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
14. Pers. 1	*vocā*____	*vocā*_______	*vidē*___	*vidē*_______
15. Pers. 2	*vocā*______	*vocā*_______	*vidē*______	*vidē*_______
16. Pers. 3	*vocā*______	*vocā*_______	*vidē*______	*vidē*_______
17. Pers. 1	*dūc*_____	*dūc*_______	*audī*___	*audī*_______
18. Pers. 2	*dūc*_______	*dūc*_______	*audī*______	*audī*_______
19. Pers. 3	*dūc*_______	*dūc*_______	*audī*______	*audī*_______

Exercitium 12

1. *discere,* ______*isse*
2. *dīvidere,* ______*isse,* ______*um esse*
3. *ēicere, ē*____*isse, ē*_____*um esse*
4. *morī,* ______*um esse*
5. *nāscī,* ____*um esse*
6. *persuādēre, per*_____*isse*
7. *prōmere,* ________*isse,* ________*um esse*
8. *surgere,* _______*isse*
9. *vīvere,* ____*isse*

Cap. XXIX
Lēctiō I

CAPITVLVM VNDETRICESIMVM

Lēctiō prīma (versūs 1–59)

coniūnctīvus dubitātīvus (< dubitāre)

Exercitium 1

Exempla: Vir turbātus exclāmat: "Quid faciam? Quid spērem?"
Vir turbātus nescit quid faciat aut quid spēret.

1. Mercātor queritur: "Quid faci____? Quōmodo uxōrem et līberōs al____? Quōmodo nōs vīv_______ sine pecūniā?"
2. Mēdus sē interrogat: "Quid Lȳdiae responde____? Utrum vērum dīc____ an tace____? Quōmodo mē excūs____?"
3. Mēdus nescit quid Lȳdiae responde___.
4. Ariadna: "Quid nunc ag____? Nesciō quō mē vert____. Unde auxilium pet____? Quem deum invoc____?"
5. Īcarus: "Inclūsī sumus, pater. Quid faci______? Quōmodo exitum inveni______? Ā quō auxilium pet______?"
6. Lȳdia: "Utrum Rōmae mane____ an proficīsc___? Utrum rīde____ an plōr____?" Lȳdia sē interrogat utrum rīde___ an plōr___.

adicere
aestimāre
afficere
āmittere
dēterrēre
dīvitiae
fēlīx
frūstrā

Exercitium 2

1. Multae nāvēs mersae in _______ maris iacent.
2. Nautae, quamquam ___________ [= haud paucī] in marī pereunt, ā nāvigandō nōn _____________.
3. Mercātōrēs perīcula maris adīre nōlunt, sed domī ___________.
4. Nōn decet mercēs plūris ____________ quam vītam nautārum.
5. Mercēs vēndendō mercātor magnum ________ sē factūrum esse spērābat, sed ea ______ iam periit, postquam mercēs ēiectae sunt.

6. Mercātor sīc _________: "Heu, mē miserum! Omnēs mercēs meās _______!"
7. Gubernātor: "Hominēs _________ sumus quod adhūc vīvimus: nēmō _________ [= ē nōbīs] _______ āmīsit."
8. Ita nauta mercātōrem _________ [= trīstem] cōnsōlārī cōnātur, sed _________.
9. _________ mercium mercātor māximās _________ [< dīves] āmīsit.
10. Mercātor: "Nēmō _________ [= ē vōbīs] assem āmīsit. ________ nōn est vōs laetārī."
11. _________ [< laetus] nautārum mercātōrem nōn ________, neque _________ [< trīstis] mercātōris nautās afficit.
12. Vir ___________ [= valdē turbātus] deōs _________ [= ōrat] ut mercēs sibi reddant.
13. Adverbium ad verbum _________ [= additur].

fundus
iactūra
laetitia
lucrum
maestus
mīrus
nōnnūllī
nostrum
perturbāre
precārī
querī
remanēre
spēs
trīstitia
vestrum
vīta

Exercitium 3

1. Ubi sunt eae nāvēs quae in mare mersae sunt? ...
2. Cūr mercātōrēs domī remanēre solent? ...
3. Quōmodo lucrum faciunt mercātōrēs? ...
4. Quid mercātor Ōstiā proficīscēns spērābat? ...
5. Quōmodo mercātor iam pauper factus est? ...
6. Quā dē causā queritur mercātor? ...
7. Quōs mercātor alere dēbet? ...
8. Quōmodo gubernātor mercātōrem cōnsōlātur? ...
9. Quem accūsat mercātor? ...
10. Cūr nautae sē fēlīcēs esse cēnsent? ...
11. Quid mercātor deōs precātur? ...
12. Quid sē interrogat miser mercātor? ...

Lēctiō secunda (versūs 60–126)

Lēctiō II

Exercitium 4

coniūnctīvus post ut <u>cōnsecūtīvum</u> (< cōn-sequī)

Exempla: Nēmō <u>tam</u> stultus est <u>ut</u> haec nōn intelleg<u>at</u>.
Īnfāns <u>ita</u> vāgit <u>ut</u> māter excit<u>ētur</u>.
<u>Tanta</u> erat potestās rēgis <u>ut</u> omnēs eum metu<u>erent</u>.

1. Sōl tam clārus est ut omnēs terrās lūce suā illūstr___.
2. Mārcus tam piger est ut nihil disc___.
3. Sextus tam industrius est ut cotīdiē laud______ ā magistrō.
4. Mārcus ita sē laudat ut pater eī nōn crēd___.
5. Canis tantus ac tam ferōx est ut omnēs eum time____.
6. Mārcus tam sordidus erat ut pater eum vix cognōsc_____.
7. Orpheus tantā arte canēbat ut ferae ad eum accēd______.
8. Arīōn tam pulchrē canēbat ut alter Orpheus appellā______.
9. Tantus erat numerus hostium ut Rōmānī in castrīs remanē___.
10. Magna tempestās facta est, ita ut nāvis operī______ flūctibus.

Exercitium 5

1. Orpheus omnibus _______ est: nēmō tam _________ est ut eum ignōret.
2. Arīōn quoque fidicen _________ [= omnibus nōtus] fuit.
3. Mēdō Arīōn _________ erat [= Mēdus Arīonem nōn nōvit].
4. Tam pulchrē canēbat Orpheus ut fluviī ________ [= celerrimī] cōnsisterent, nē _________ eius turbārent.
5. Arīōn nautās precātus est ut sibi ___________: "Nōlīte mē necāre! ___________ mihi [= sinite mē] in patriam revertī!"
6. Nautae precibus eius ita _________ sunt ut manūs ab eō ___________.

abstinēre
allicere
appārēre
cantus
carmen
celsus
cōnfitērī
dēsilīre

dēspērāre
dorsum
expōnere
fallāx
fidēs
ignārus
ignōtus
inde
maleficium
nōbilis
nōtus
parcere
permittere
permovēre
prōtinus
quasi
rapidus
repente
salūs
subīre

7. Antequam in mare __________, Arīōn _______ cēpit et in _______ [= altā] puppī stāns _________ cecinit.
8. Delphīnus, quī cantū __________ erat, Arīonem natantem ________ eumque in _______ suō sedentem vēxit et in lītus Graeciae _________.
9. ______ [= illinc] Arīōn __________ [= statim] Corinthum iit.
10. Rēx Arīonem _______ [= tamquam] virum ___________ [= quī fallit] cūstōdīrī iussit.
11. Dum rēx nautās interrogat, Arīōn _________ [= subitō] iīs __________.
12. Tum nautae _____________ suum __________ sunt [= fassī sunt].
13. Haec est fābula dē mīrābilī ________ Arīonis.
14. Nōlī ___________! Spēs est, dum anima est.

Exercitium 6

1. Quid Orpheus cantū suō efficiēbat? ...
2. Quārē Orpheus ad Īnferōs dēscendit? ...
3. Quam fābulam nārrat gubernātor? ..
4. Cūr nautae Arīonī invidēbant? ...
5. Quid Arīōn nautās precātus est? ...
6. Quid nautae Arīonī imperāvērunt? ...
7. Quid fēcit Arīōn antequam in mare dēsiluit? ...
8. Quōmodo servātus est Arīōn? ...
9. Cui Arīōn dē salūte suā nārrāvit? ..
10. Num rēx Periander Arīonī crēdidit? ...
11. Quid rēx nautās interrogāvit? ...
12. Vērumne iī respondērunt? ...
13. Cūr nautae maleficium suum confessī sunt? ...
14. Quid nōs monet haec fābula? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia (versūs 127–202)

Exercitium 7

coniūnctīvus post
(1) cum *nārrātīvum* (< nārrāre)

1. Cum Arīōn in patriam suam nāvig_____ magnāsque dīvitiās sēcum hab_____, nautae eum necāre cōnstituērunt.
2. Cum Ariadna nocte dorm_____, Thēseus eam dēseruit.
3. Aegeus, cum vēla ātra vid_____, in mare sē iēcit.
4. Cum Īcarus sōlī appropinqu_____, pennae ustae sunt.
5. Ariadna, cum Thēseum abiisse intelleg_____, vestem scindēbat.

(2) cum *causāle* (< causa)

6. Aemilia virgō Iūlium salūtāre nōlēbat, cum alium virum am_____ [= quia alium virum amābat].
7. Lȳdia Rōmā proficīscēns et gaudēbat, cum amīcum sēcum hab_____, et trīstis erat, cum amīcās relinqu_____.
8. Cum nāvis flūctibus iact______, nautae mercēs ēiēcērunt.
9. Perturbātī sunt discipulī, cum Iēsum super mare ambulantem vid______.
10. Polycratēs, cum nimis fēlīx es____ et invidiam deōrum metu_____, ānulum suum abiēcit.
11. Volāre nōn possum, cum ālās nōn hab____ [= quia ālās nōn habeō].

Exercitium 8

Exempla: Iūlius: "Ubi est Mēdus? Rōmaene est?"
Iūlius interrogat/nescit ubi Mēdus sit, num Rōmae/Rōmaene sit.
Iūlius interrogāvit/nesciēbat ubi Mēdus esset; num Rōmae /Rōmaene esset.

1. Aemilia: "Cūr Iūlia plōrat?" Aemilia interrogat cūr Iūlia plōr___.
2. Mēdus: "Quis est Arīōn?" Mēdus nescit quis Arīōn ____.
3. Medicus: "Doletne pēs?" Medicus interrogāvit num pēs dol_____.
4. Syra: "Quid dīcit medicus?" Syra interrogābat quid medicus dīc_____.

5. Aemilia: "Medicus interrogat num pēs dol____.
6. Magister Titum interrogat cūr librum nōn hab____.
7. Sextus: "Audī, Tite: Magister tē interrogat cūr librum nōn hab____."
8. Mēdus Lȳdiam iam interrogāverat quis es____ dominus eius.
9. Rēx nautās interrogāvit num scī_____ ubi es____ Arīōn et quid fac____.
10. Syra dubitābat num Quīntus vīv_____.

Exercitium 9

1. Lȳdia Mēdum ______ appellat, quia is nummōs dominī __________.
2. Mēdus________ [< fūr] fēcit, ut Lȳdiae ānulum __________ [= daret].
3. Lȳdia ānulum dē digitō __________, ut eum in mare _________.
4. Tanta fuit __________ [< fēlīx] rēgis ut dī immortālēs eī __________
5. Polycratēs ānulum ___________ [= magnī pretiī] abiēcit, ut __________ deōrum ā _____ [= sē] āverteret.
6. Ānulus autem inventus est ā servō quī piscem _________.
7. _____________ [= haud rārō] vīta beāta morte miserrimā _________.
8. Vir prūdēns bonam et malam ___________ aequō animō fert.
9. Mēdus, quī nāvem __________ [= celerem] _______________ [= propius venīre] videt, gubernātōrī ________ ut negōtium suum cūret.
10. Tum gubernātor imperat ut nāvis ________ agātur.
11. Mīnōtaurum occīdere nōn maleficium, sed _____________ fuit.

abicere
appropinquāre
beneficium
dētrahere
dōnāre
fēlīcitās
fīnīre
fortūna
fūr
fūrtum
invidēre
invidia
nōnnumquam
pretiōsus
rēmus
secāre
sēsē
suādēre
surripere
vēlōx

Exercitium 10

1. Quid Lȳdia Mēdum interrogāverat? ...
2. Quid nunc respondet Mēdus? ...
3. Quid Mēdus appellātur ā Lȳdiā? ...
4. Quōmodo Mēdus sē excūsat? ...
5. Quārē Mēdus fūrtum fēcit? ...
6. Cūr Lȳdia ānulum suum abicere vult? ...
7. Cūr Polycratēs ānulum suum abiēcit? ...
8. Ubi inventus est ānulus Polycratis? ...
9. Quōmodo mortuus est ille tyrannus? ...
10. Quid nōs docet fortūna eius? ...
11. Cūr Mēdus gubernātōrem prōspicere iubet? ...
12. Cūr pallet gubernātor? ...
13. Quōmodo nāvis celerrimē vehī potest? ...
14. Cūr altera nāvis celerius vehitur? ...

Lēctiō grammatica (versūs 203–218)

Exercitium 11

1. *allicere,* ______*isse,* _______*um esse*
2. *āmittere, ā*_____*isse, ā*______*um esse*
3. *canere,* ______*isse*
4. *cōnfitērī, cōn*_____*um esse*
5. *crēdere,* _______*isse*
6. *dēsilīre, dē*_____*isse*
7. *ēripere, ē*_____*isse, ē*_____*um esse*
8. *lābī,* _____*um esse*
9. *pōnere,* _____*isse,* ______*um esse*
10. *secāre,* _____*isse,* _____*um esse*
11. *suādēre,* _____*isse*
12. *vehere,* ____*isse,* _____*um esse*

Lēctiō grammatica

alliciō -iunt

ēripiō -iunt

Cap. XXX
Lēctiō I

CAPITVLVM TRICESIMVM
Lēctiō prīma (versūs 1–38)

Exercitium 1

-ēns -entis
-enter (*adv*)
-āns -antis
-anter (*adv*)

1. Vir prūdēns negōtia sua prūd______ agit.
2. Agricola dīligēns agrōs dīlig______ colit.
3. Pāstor neglegēns ovēs suās negleg______ cūrat.
4. Sextus nōn rārō, sed frequ______ laudātur.
5. Homō cōnstāns et patiēns dolōrēs cōnst______ ac pati______ fert.

Exercitium 2

balneum
cēna
circiter
contrahere
dēmum
dīligēns
diū
fruī
hospes
iter
iūcundus
molestus
nūntiāre
praeesse
recipere
requiēscere
salvēre
tardus
vīsere

1. ______ dīcitur cibus quī _________ hōrā decimā sūmitur.
2. Cornēlius et Orontēs, amīcī et __________ Iūliī, ab Aemiliā _____________ [= accipiuntur], dum Iūlius in ________ lavātur.
3. Aemilia marītum suum _________ excūsat: "Iūlius tardē revertit ex agrīs, quod nimis _____ ambulāvit."
4. Tum ________ [= dēnique] Iūlius intrat et amīcōs _________ iubet: "Salvēte, amīcī!"
5. Cornēlius Iūlium prius ________ nōn potuit prae negōtiīs urbānīs.
6. In vīllā dominus ōtiō _________ [= dēlectātur] ac post negōtia ____________.
7. Iūlius, quī ipse in agrīs nōn labōrat, vītam rūsticam nōn ___________, sed __________ esse exīstimat.
8. Quī ex longō _________ revertit, rēs novās ___________ [< nūntius] potest.
9. Quī omnia negōtia sua bene cūrat homō __________ est.
10. Dux magnī exercitūs multīs mīlitibus _________.
11. Quī īrātus est frontem __________.

Exercitium 3

1. Quid agit Iūlius ex agrīs reversus? ...
2. Lavāturne Iūlius aquā frīgidā tantum? ...
3. Quī adveniunt dum Iūlius vestem novam induit? ...
4. Quī sunt Cornēlius et Orontēs? ...
5. Fabia et Paula quae sunt? ...
6. Quārē hospitēs eā hōrā adveniunt? ...
7. Quis hospitēs advenientēs recipit? ...
8. Quōmodo Aemilia marītum suum tardum excūsat? ...
9. Quid Iūlius intrāns Cornēlium interrogat? ...
10. Quid respondet Cornēlius? ...
11. Quandō Orontēs ex itinere revertit? ...
12. Quid Iūlius audīre cupit? ...
13. Num Iūlius ipse in agrīs labōrat? ...
14. Tūne vītam rūsticam molestam esse cēnsēs? ...
15. Utrum rūrī an in urbe vīvere māvīs? ...

Lēctiō II

Lēctiō secunda (versūs 39–85)

Exercitium 4

~it ~ērunt
~erat ~erant
~erit ~erint

Exempla: Discipulus scrībit id quod magister dictāvit.
Discipulus scrībēbat id quod magister dictāverat.
Discipulus scrībet id quod magister dictāverit.

1. Dominus servum laudat quod industriē labōrāv___.
2. Herī servus laudātus est quod industriē labōrāv_____.
3. Crās rūrsus laudābitur sī industriē labōrāv_____.
4. Dominus servōs laudat quod industriē labōrāv______.

5. Herī servī laudātī sunt quod industriē labōrāv______.
6. Crās rūrsus laudābuntur sī industriē labōrāv______.

Exercitium 5

1. Cēnābimus, cum prīmum cocus cēnam parāv_____ et servī triclīnium exōrnāv______.
2. Cēnābimus, cum prīmum triclīnium exōrnāt___ _____.
3. Puerī ūmidī erunt, sī per imbrem ambulāv______.
4. Puellae plōrābunt, sī ā puerīs pulsāt___ ______.
5. Cum Iūlius ūnam hōram dormīv_____, ambulābit, cum satis diū ambulāv_____, lavātum ībit.
6. Mīlitēs ā duce laudābuntur, sī fortiter pugnāv _____.
7. Pater gaudēbit, sī fīlius industrius fu_____ et ā magistrō laudāt___ ____.

–erit –erint

-us -a -um	erit	-ī -ae -a	erunt

Exercitium 6

1. Rōmānī circiter hōrā decimā _________ [= cēnam sūmunt].
2. Sī quis nihil ēst nec bibit, ________ et _______ patitur.
3. Sine aquā ___________ [= paulum temporis] vīvere possumus.
4. Orontēs: "__________ [= ego quidem] sine vīnō vīvere nōn possum. Magnum ________ est vīnum."
5. Ex malīs minimum ________ oportet.
6. ________ est locus ubi cibus _________ et cēna parātur.
7. Quī cibum coquit et cēnam _______ in culīnā, _______ dīcitur.
8. ___________ vocantur servī quī cibum et vīnum in triclīnium ferunt.
9. Ante ___________ triclīnium flōribus ___________ [= ōrnātur] et vestis pretiōsa super lectōs __________.
10. In __________ sunt trēs lectī: lectus summus, medius, ________.
11. Quot __________ in singulīs lectīs _________? ________ aut ______ aut _______.
12. Iūlius: "Cēnam iam _________ parātam esse oportuit!"

accubāre
bīnī
bonum
cēnāre
cocus
convīva
convīvium
coquere
culīna
ēligere
equidem
exōrnāre
famēs
īmus
minister
parāre
paulisper
prīdem
singulī
sitis
sternere
ternī
triclīnium

Exercitium 7

1. Utrum malum māius est, famēsne an sitis? ...
2. Quid Orontēs bibere māvult quam aquam? ...
3. Quārē hominēs edunt et bibunt? ...
4. Ubi coquitur cibus? ...
5. Cuius negōtium est cibum coquere? ...
6. Quot lectī et quot mēnsae sunt in triclīniō? ...
7. Quibus rēbus exōrnātur triclīnium? ...
8. Num convīvae in sellīs sedentēs cēnant? ...
9. Quot convīvae in singulīs lectīs accubant? ...
10. Quandō convīvae in triclīnium intrābunt? ...
11. Quot sunt bis bīna? ...

Lēctiō tertia (versūs 86–158)

Lēctiō III

Exercitium 8

1. Discipulus verberābitur, sī piger fu____: sī male computāv_____, foedē scrīps_____ atque in lūdō dormīv_____.
2. Magister: "Tē verberābō, sī piger fu_____ ac dormīv_____!"
3. Discipulus: "Quid mihi dabis, sī industrius fu____? sī bene computāv____, pulchrē scrīps____ nec in lūdō dormīv____?"
4. Magister: "Nihil tibi dabō, sed laudābō tē, sī bene computāv_____ et pulchrē scrīps_____."
5. Discipulī verberābuntur, sī pigrī fu______: sī male computāv______, foedē scrīps______ atque in lūdō dormīv______.
6. Magister: "Vōs verberābō, sī pigrī fu______ ac dormīv______!"

–erō	–erimus
–eris	–eritis
–erit	–erint

-us -a	erō eris erit	-ī -ae	erimus eritis erunt

7. Discipulī: "Quid nōbīs dabis, sī industriī fu______? sī bene computāv______ et pulchrē scrīps______?"
8. Magister: "Nihil vōbīs dabō, sed laudābō vōs, sī bene computāv______ et pulchrē scrīps______."
9. Quīntus: "Quid tū faciēs, Mārce, sī ab aliō puerō pulsāt____ _____?"
10. Mārcus: "Sī ego ab aliō puerō pulsāt__ _____, ipse eum puerum pulsābō."
11. Quīntus: "Quid vōs faciētis, Mārce et Tite, sī ab aliīs puerīs pulsāt__ ______?"
12. Mārcus: "Sī ab aliīs puerīs pulsāt_ _______, ipsī eōs pulsābimus."

coniūnctīvus hortātīvus (< hortārī)

Exercitium 9

Exemplum. Discēd<u>āmus</u>! = Quīn discēdimus?

1. "Quīn ambulāmus?" = "Ambul _____!"
2. "Quīn gaudēmus?" = "Gaud________!"
3. "Quīn bibimus atque canimus?" = "Bib _____ atque can______!"
4. "Quīn pōcula exhaurīmus?" = "Pōcula exhaur_______!"
5. "Quīn equōs cōnscendimus ac proficīscimur?" = "Equōs cōnscend_______ ac profiscīsc______!"

accumbere
acerbus
acūtus
appōnere
argentum
aspergere
carō
complēre
dulcis
exhaurīre
fundere
genus
glōriōsus
gustāre
holus
līberāre
lībertīnus
mel
merus
miscēre
placēre
pōtāre
prōferre
sāl
sānē
sententia
vās

Exercitium 10

1. Convīvae triclīnium intrant atque in lectīs ____________.
2. In mēnsā sunt ______ et pōcula ex ________ facta.
3. Ōva, piscēs cum __________, ______ porcī, varia ________ mālōrum convīvīs ______________.
4. Minister carnem cultrō _______ secat.
5. Orontēs, cum prīmum carnem __________, salem __________; nec enim carō sine _____ Orontī _________.
6. Rōmānī vīnum cum aquā _________ solent; Orontēs vērō vīnum ________ [= sine aquā] _______ [= bibit].
7. ____________ est vir quī servus fuit et __________ [= līber factus] est.
8. ______ est quod apēs ex flōribus quaerunt.
9. Vīnum cum melle mixtum nōn ________, sed _______ est.
10. Iūlius ministrum Falernum __________ et in pōcula _________ iubet.
11. Orontēs iam prīdem pōculum suum __________.
12. Iam pōcula Falernō _____________ [= implentur].
13. Omnēs sentiunt vīnum Falernum ______ [= certē] melius esse Albānō, nec quisquam _____________ suam dīcere audet.
14. Quī dīvitiās suās ostendit et ipse sē laudat ___________ est.

Exercitium 11

1. Utrum pretiōsius est, aurumne an argentum?
2. Num convīvae Iūliī ē vāsīs aureīs cēnant? ...
3. In quō lectō accumbit dominus convīviī? ...
4. Quid convīvīs Iūliī appōnitur? ...
5. Quid est caput cēnae? ...
6. Quārē Orontēs salem carnī aspergit? ...
7. Quid ministrī in pōcula fundunt? ...
8. Quid pōtat Orontēs? ...
9. In quō lectō accubant lībertīnī? ...
10. Quid est Falernum? ...
11. Quōmodo Paula vīnum suum dulce facit? ...
12. Quid Iūlius Orontem interrogat? ...
13. Cūr Orontēs sententiam suam dīcere nōn vult? ...
14. Quid tum Iūlius prōferrī iubet? ...
15. Utrum vīnum convīvīs magis placet? ...

Lēctiō grammatica (versūs 159–201)

Exercitium 12

Āctīvum

1. *Laudābit* tempus ________ est; *laudāv|erit* est tempus futūrum ___________.
2. Futūrum perfectum (pers. 3 sing.) dēsinit in *-erit*, quod ad thema __________ adicitur, ut *scrīps|erit.*
3. Futūrum perfectum: singulāris: pers. 1 *-erō*, 2 -_____, 3 -_____; plūrālis: pers. 1 -_______, 2 -_______, 3 -______.

	Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
4. Pers. 1	*amāv*____	*amāv*_______	*monu*____	*monu*_______
5. Pers. 2	*amāv*_____	*amāv*_______	*monu*_____	*monu*_______
6. Pers. 3	*amāv*_____	*amāv*______	*monu*_____	*monu*______
7. Pers. 1	*dūx*____	*dūx*_______	*audīv*____	*audīv*______
8. Pers. 2	*dūx*_____	*dūx*_______	*audīv*_____	*audīv*_______
9. Pers. 3	*dūx*_____	*dūx*______	*audīv*_____	*audīv*______

10. Futūrum perfectum verbī *esse*: singulāris: pers. 1 *fu|erō*, 2 *fu*_____, 3 *fu*_____, plūrālis: pers. 1 *fu*_______, 2 *fu*_______, 3 *fu*______

Passīvum

11. *Laudābitur* ________ passīvī est; *laudāt|us erit* est futūrum __________ _________.
12. Futūrum perfectum passīvī cōnstat ex __________ perfectī et tempore ________ verbī *esse (erō, eris, erit...).*

	Sing.	Plūr.
13. Pers. 1	*vocātus* ____	*vocāt*__ ________
14. Pers. 2	*vocāt*___ _____	*vocāt*__ _______
15. Pers. 3	*vocāt*___ _____	*vocāt*__ _______

Exercitium 13

1. *coquere*, ____*isse*, _____*um esse*
2. *ēligere*, _____*isse*, ______*um esse*
3. *exhaurīre*, *ex*_____*isse*, *ex*______*um esse*
4. *induere*, _____*isse*, ______*um esse*
5. *miscēre*, ______*isse*, _____*um esse*
6. *revertī*, *re*_____*isse* / *re*_____*um esse*
7. *sternere*, ______*isse*, ______*um esse*

Lēctiō grammatica

futūrum perfectum

āctīvum

	sing.	plūr.
1	*-erō*	*-erimus*
2	*-eris*	*-eritis*
3	*-erit*	*-erint*

passīvum

	sing. *-us/a/um*	plūr. *-ī/ae/a*
1	*erō*	*erimus*
2	*eris*	*eritis*
3	*erit*	*erunt*

Cap. XXXI
Lēctiō I

quīdam	quīdam
quendam	quōsdam
cuiusdam	quōrundam
cuidam	quibusdam
quōdam	quibusdam
quaedam	quaedam
quandam	quāsdam
cuiusdam	quārundam
cuidam	quibusdam
quādam	quibusdam
quoddam	quaedam
cuiusdam	quōrundam
cuidam	quibusdam
quōdam	quibusdam

aliquantum
asinīnus
auferre
aufugere
avārus
cōnfīdere
fīdere
fīdēs
fīdus
impatiēns
īnfēlīx
īnfīdus
memoria
mūnus
optāre
pōtiō
praesēns
quamobrem
quantum
quidquid
simul atque

CAPITVLVM VNVM ET TRICESIMVM
Lēctiō prīma (versūs 1–58)

Exercitium 1

1. In ____dam urbe Asiae vīvēbat rēx ____dam.
2. _____dam īnsula Graeca ab Īcarō appellāta esse dīcitur.
3. Graecī putant _____dam īnsulam ab Īcarō appellātam esse.
4. Etiam mare _____dam ab Īcarō appellātum est.
5. Īcarus ____dam marī et ____dam īnsulae nōmen dedit.
6. Syra ōlim virum _____dam īnfīdum amāvit.
7. Polycratēs est nōmen ______dam tyrannī, quī ā ____dam amīcō suō monitus est ut rem pretiōsissimam abiceret.
8. Chrīstus in ____dam oppidō Iūdaeae nātus est.
9. ____dam mēnsēs ā ______dam diīs Rōmānīs nōminantur.
10. _______dam mēnsibus ā diīs nōmina sunt.
11. Rōmānī _____dam stēllās 'errantēs' appellant.
12. In _______dam vocābulīs cōnsonantēs dēsunt, ut *ā, ē, iī.*
13. _____dam verba 'dēpōnentia' dīcuntur.
14. Nōmina _______dam oppidōrum et _______dam īnsulārum plūrālia sunt, ut *Athēnae, Delphī, Pompēiī, Capreae.*

Exercitium 2

1. Cornēlius, cui mala __________ est, nōmen Mēdī oblītus est.
2. Homō ________ nihil magis ________ [= cupit] quam dīvitiās.
3. __________ ā rēge tāctum erat in aurum mūtābātur.
4. Hoc ________ mīrābile eī dederat deus Bacchus.
5. Etiam cibus et _______ ā rēge tācta aurum fīēbat.
6. Iūlius ____________ [↔ patiēns], quia plūra dē Mēdō cognōscere cupit, Orontem dē Midae auribus __________ nārrantem interpellat.
7. Mēdus, quī herī domō _________, ____________ pecūniae sēcum __________.
8. _________ [= quam multum] pecūniae abstulit Mēdus? xc sēstertiōs.
9. Iūlius, quī frūstrā Mēdō _________ [= crēdēbat], 'ūnum sibi servum ________ esse' dīcit, 'cēterōs omnēs _________ nec ______ suā dignōs!'
10. Posthāc Iūlius nūllī servō Graecō __________ [= fīdet].
11. Dominus servum _____________ [= quī adest] laudāre nōn vult.
12. ____________ Mēdus pecūniam dominī surripuit? Ob amōrem Lȳdiae.
13. _______ _______ mīlitēs Rōmānī appāruērunt, hostēs fūgērunt.
14. Quī malā fortūnā afficitur _________ [↔ fēlīx] est.

Exercitium 3

1. Dē quibus rēbus est sermō convīvārum? ...
2. Quid Iūlius hospitēs suōs interrogat? ...
3. Cūr paucās epistulās accipit Iūlius? ...
4. Quem Cornēlius in viā Latīnā vīdit? ...
5. Quam fābulam nārrat Orontēs? ...
6. Cūr Iūlius Orontem interpellat? ...
7. Quōmodo Midās rēs in aurum mūtāre poterat? ...
8. Quis rēgī hoc mūnus dederat? ...
9. Num Midās illō mūnere mīrābilī dēlectābātur? ...
10. Quid Bacchus rēgī suāsit? ...
11. Quid accidit cum rēx in flūmine lavārētur? ...
12. Quid Iūlius Mēdum fēcisse nārrat? ...
13. Omnēsne servī Iūliī īnfīdī sunt? ..

Lēctiō secunda (versūs 59–131)

Lēctiō II

Exercitium 4

Exempla: Bonus sermō mē tam dēlectat quam bonum vīnum.
Numerus hostium tantus erat quantus Rōmānōrum.
Cornēlius nōn tantum bibit quantum Orontēs.
Tot ancillae sunt quot servī: quot servī, tot ancillae.
Tālis est fīlia quālis māter: quālis māter, tālis fīlia.

1. Pater fīliam suam tam amat ______ māter.
2. Aemilia tot ānulōs habet ______ digitōs.
3. Vīlla Cornēliī nōn tanta est ________ Iūliī.
4. Iūlius tantum pecūniae prōmittit _________ Mēdus abstulit.
5. Tot sententiae sunt ______ hominēs: ______ hominēs, _____ sententiae.
6. ________ dux, tālēs mīlitēs.
7. ______ caelum stēllās, _____ habet tua Rōma puellās

tam... quam
[tam valdē... quam]
tantus... quantus
[tam magnus... quam]
tantum... quantum
[tam multum... quam]
tot... quot
[tam multī... quam]
tālis... quālis
[tam (bonus)... quam]

Exercitium 5

1. Facile est Rōmae ________ [= occultārī]
2. Iūlius magnum ___________ dabit eī quī Mēdum ē fugā ____________, ___________ [= antequam] Italiam relīquerit.
3. Servus ___________ [= < fugere] sevērē pūnītur. in _______ fīgitur vel aliō modō ___________; ______ [= ob eam rem] paucī servī aufugiunt.
4. Nōn sevērus, sed ________ est dominus quī servō improbō _________.
5. Dominus _______ est quī numquam sine causā servum pūnit.
6. _________ [↔ iūstus] est quī ___________ facit.
7. Servī dominum iniūstum nōn amant, sed _________.
8. Nex hominis est ________ quod sevērē pūnītur, sed servum suum scelestum ___________ [= poenā capitis] afficere est _____ dominī Rōmānī.
9. Necesse est hominēs __________ [< scelus] sevērē pūnīre.
10. Solō, vir _________, quī Athēniēnsibus _______ scrīpsit, nūllam __________ in parricīdās ________.
11. Pater __________ fuit Mānlius, quī fīlium _______ exercitū necārī iussit.
12. Iūlius servōs clāmāre _______: "Nōlīte clāmāre, servī!"
13. Mēdus C sēstertiōs ________ [= nimis magnum] pretium esse cēnsēbat.
14. Vir trīgintā annōrum adhūc _________ est.

clēmēns
cōram
cruciāre
crūdēlis
crux
fugitīvus
ideō
ignōscere
iniūria
iniūstus
iūs
iūstus
iuvenis
latēre
lēx
nimius
ōdisse
poena
praemium
priusquam
retrahere
sapiēns
scelestus
scelus
statuere
supplicium
vetāre

Exercitium 6

1. Quid Iūlius faciet Mēdō sī eum invēnerit? ...
2. Ubi Cornēlius Mēdum latēre putat? ...
3. Estne facile servum fugitīvum Rōmae reperīre? ...
4. Quid Iūlius dabit eī quī Mēdum retrāxerit? ...
5. Quid Aemilia virō suō suādet? ...
6. Utrum clēmēns an sevērus dominus est Iūlius? ...
7. Cūr dominō sevērō tot hostēs sunt quot servī? ...
8. Cūr Iūlius sē dominum iūstum esse cēnset? ...
9. Quārē servī fugitīvī sevērē pūniuntur? ...
10. Cūr Solō nūllam poenam statuit in parricīdās? ...
11. Quid fēcit Titus Mānlius Torquātus? ...

Lēctiō tertia (versūs 132–204)

Lēctiō III

Exercitium 7

1. Servī probī laud_____ sunt, improbī sunt pūn______.
2. Vir quī accūsātur dīligenter interrog______ est.
3. Omnia menda corrig_____ sunt: stilus saepe vert_______ est.
4. Dēl_____ sunt omnēs litterae quae supersunt.

-nd|us -a -um
[1] -andus
[2] -endus
[3] -endus
[4] -iendus

-ndus	est	-ndī	sunt
-nda		-ndae	
-ndum		-nda	
-ndum	esse	-ndōs	esse
-ndam		-ndās	
-ndum		-nda	

5. Dē mortuīs nihil nisi bene dīc______ est.
6. Dolōrēs gravēs aequō animō fer_____ sunt.
7. Ad amīcum absentem frequentēs epistulae scrīb______ sunt.
8. Dāvus 'manūs sordidās lav______ esse' dīcit.
9. Orontēs Chrīstiānōs ad bēstiās mitt______ esse cēnset.
10. Aemilia putat pecūniam dēbitam ad diem solv______ esse.
11. Nunc est bib______, dorm_______ nōn est!
12. Tac______ est cum dominus loquitur.
13. Puella plōrāns cōnsōl_____ est.
14. Malum exemplum sequ______ nōn est.
15. Semper vērum dīc______ est, numquam ment______ est.

Exercitium 8

datīvus agentis apud gerundīvum (agēns -entis *m* = is quī agit)

Exempla. Ovēs pāstōrī [= ā pāstōre] cūstōdiendae sunt.
"Cum dominus loquitur, tacendum est tibi, serve!"

1. Vīlla iānitōr__ cūstōdienda est.
2. Quidquid dominus imperāvit serv__ faciendum est.
3. Multa nova vocābula n_____ discenda sunt.
4. Iūlius "Laetor quod m____ in agrīs labōrandum nōn est."
5. Mārcus: "Quid m____ scrībendum est?" Magister: "Littera H t____ scrībenda est deciēs."
6. Servī: "Quid n_____ agendum est?" Dominus: "V_____ in hortō labōrandum est."
7. Agricola est vir c___ agrī colendī sunt.
8. Discipulus piger cēter___ imitandus nōn est.
9. Omn_____ moriendum est.

Exercitium 9

abdūcere
dēbilis
ēbrius
ēducāre
fābulārī
funditus
invalidus
mōs
nimium
nōnāgēsimus
nūgae
quidquid
quisquis
rūmor
senex
vetus

1. Īnfantēs _________ [= invalidōs] expōnere _____ inhūmānus erat.
2. Chrīstiānī sanguinem bibere nārrantur, sed is _______ falsus est.
3. Paris īnfāns inventus ā pāstōribus cum līberīs eōrum __________ est.
4. Paris iuvenis Helenam ā maritō _________.
5. Nestor, dux Graecōrum _______, ad ______________ [xc] annum vīxit.
6. Orontēs pōculum suum __________ [= ā fundō] exhausit.
7. "__________ amat valeat!" cantat Orontēs.
8. Orontēs ________ est, quia _________ [= nimis multum] vīnī bibit.
9. Itaque ab ōvō ūsque ad māla __________ [= loquitur].
10. Aemilia tālēs _______ [= rēs stultās] audīre nōn vult.
11. Vīnum novum nōn tam bonum est quam vīnum _______.
12. __________ dominus imperāvit servō faciendum est.
13. Senex __________ [↔ validus] pugnāre nōn potest.

Exercitium 10

1. Quālēs īnfantēs ōlim ad bēstiās expōnēbantur? ...
2. Quī hominēs ad bēstiās mittuntur? ...
3. Num omnēs īnfantēs expositī perībant? ...
4. Cuius fīlius fuit Paris? ...
5. Quōmodo Paris īnfāns servātus est? ...
6. Quid fēcit Paris iuvenis? ...
7. Nestor quis fuit? ...
8. Cūr cēterī convīvae Orontem tacēre iubent? ...
9. Quid Orontēs dīcit Aemiliae? ...
10. Quid Aemilia respondet? ...
11. Quid cantat Orontēs? ...
12. Cūr Orontēs carminis fīnem nōn facit? ...

Lēctiō grammatica (versūs 205–219)

Lēctiō grammatica

Exercitium 11

1. *Laudandus -a -um* est ____________, quod est adiectīvum I et II dēclīnātiōnis.
2. Gerundīvum (nōm. sing. masc.) dēsinit in *-nd|us* [1, 2] aut *-end|us* [3, 4], quod ad thema praesentis adicitur: *lauda*_____, *mone*_____, *leg*______, *audi*______.
3. Gerundīvum cum verbō *esse* coniūnctum significat id quod fierī oportet: *epistula scrīb*_____ ____ = *epistulam scrībī oportet.*

gerundīvum
[1, 2]
-nd|us -a -um
[3, 4]
-end|us -a -um

Exercitium 12

1. *accipere, ac____isse, ac_____um esse*
2. *audēre, ____um esse*
3. *auferre, _______isse, ______um esse*
4. *bibere, ____isse*
5. *statuere, ______isse, _______um esse*
6. *tangere, ______isse, _____um esse*

CAPITVLVM ALTERVM ET TRICESIMVM

Lēctiō prīma (versūs 1–59)

Cap. XXXII

Lēctiō I

Exercitium 1

1. Ōlim ________ [= omnia] maria _________ erant praedōnibus.
2. Nēmō sine metū mortis aut ____________ nāvigābat.
3. Multae īnsulae ab ________ perterritīs dēserēbantur.
4. Tanta erat _____ [= potestās] et _________ [< audāx] praedōnum ut etiam classem Rōmānam ______________ [= nōn timērent] .
5. Tum classī Rōmānae __________ est Pompēius, dux __________ [= optimus], quī praedōnēs ________ [= omnibus locīs] vīcit.
6. Nūntius dē ________ Pompēiī ēgregiā cūnctō ________ Rōmānō [= omnibus cīvibus Rōmānīs] ________ fuit [= placuit].
7. Frūmentum, quod tam _______ fuerat ut _________ [= complūrēs] hominēs pauperēs ________ cibī perīrent, rūrsus ______ [↔ cārum] fuit.
8. Populus Pompēium ________ [= quī vīcerat] māximīs laudibus affēcit.
9. Mare Tūscum est mare Rōmae ___________.
10. _________ Rōmāna, quae cūncta maria ___________, nāvēs _____________ [< mercātor] ā praedōnibus ________.
11. Gallī, Hispānī, Graecī, Iūdaeī sunt ________ imperiī Rōmānī
12. Maria omnium gentium ____________ sunt.
13. Ventō _________ [= contrāriō] necesse est __________ [= rēmīs ūtī].
14. Cum caelum __________ est, sōl nōn vidētur.

adversus
aliquot
audācia
cārus
classis
commūnis
contemnere
cūnctus
ēgregius
gēns
grātus
incola
īnfēstus
inopia
mercātōrius
nūbilus
percurrere
populus
praepōnere
proximus
rēmigāre
servitūs
tuērī
ubīque
victor
victōria
vīlis
vīs

Exercitium 2

1. Cūr praedōnēs ā nautīs timentur? ...
2. Quōmodo Caesar ā praedōnibus līberātus est? ..
3. Cūr nōnnūllae īnsulae ab incolīs dēserēbantur? ...
4. Quamobrem inopia frūmentī facta est Rōmae? ...
5. Quid tum populus Rōmānus postulāvit? ...
6. Quis classī Rōmānae praepositus est? ...
7. Unde praedōnēs prīmum pulsī sunt ā Pompēiō? ...
8. Quid victōriā Pompēiī effectum est Rōmae? ...
9. Quārē classis Rōmāna cūncta maria percurrit? .
10. Quid mare Internum appellātur ā Rōmānīs? ...
11. Quamobrem perturbātī sunt amīcī nostrī? ...

Lēctiō II

Lēctiō secunda (versūs 60–129)

ab aliquō quaerere = aliquem interrogāre
ab aliquō petere = aliquem ōrāre/rogāre

Exercitium 3

Exempla: Iūlius Cornēlium interrogat quid sentiat =
Iūlius ā Cornēliō quaerit quid sentiat.
Iūlia frātrem ōrat/rogat ut sē iuvet =
Iūlia ā frātre petit ut sē iuvet (- Iūlia ā frātre auxilium petit).

1. Iūlius __ ________ ________ [= servōs interrogat] ubi nummī sint.
2. Rēx __ ________ ________ [= nautās interrogāvit] ubi esset Arīōn.
3. Syra __ ________ ________ [= Aemiliam interrogābat] quid medicus dīceret.
4. Quīntus __ ________ ________ [= Syram rogat] ut sibi fābulam nārret.
5. Mēdus ___ ________ ________ [= amīcam ōrāvit] ut sēcum venīret.
6. "Sī nihil ___ ________ [= ā mē petis], nihil tibi negō!"

-erim -erimus
-eris -eritis
-erit -erint

-us sim -ī sīmus
-a sīs -ae sītis
sit sint

Exercitium 4

1. Pater ā fīliō quaerit cūr verberāt___ ____ ā magistrō. "Dīc mihi, fīlī, cūr tū ā magistrō verberāt___ ____?"
2. Fīlius respondet: "Nesciō cūr verberāt___ _____, ego enim bonus discipulus fuī."
3. Pater dubitat num fīlius vērum dīx_____ eumque interrogat num vērē bonus fu_____ ac magistrō pāru_____. Fīlius nōn respondet.
4. Pater: "Quīn respondēs? Quaerō ā tē num bonus discipulus fu_____ ac magistrō pāru_____."
5. Fīlius: "Cūr ā mē quaeris num bonus discipulus fu______ ac magistrō pāru______? Iam tibi dīxī 'mē bonum discipulum fuisse'."
6. Pater: "Id quaerō quia dubitō num vērum dīx_____."
7. Fīlius: "Tūne dubitās num vērum dīx______? Nōnne fīliō tuō crēdis?"
8. Pater ā fīliīs quaerit cūr verberāt__ ______ ā magistrō: "Dīcite mihi, fīliī, cūr vōs ā magistrō verberāt__ ______?"
9. Fīliī respondent: "Nescīmus cūr verberāt__ _______, nōs enim bonī discipulī fuimus."
10. Pater dubitat num fīliī vērum dīx______ eōsque interrogat num vērē bonī fu______ ac magistrō pāru______. Fīliī nōn respondent.
11. Pater: "Quīn respondētis? Quaerō ā vōbīs num bonī discipulī fu_______ ac magistrō pāru_______."
12. Fīliī: "Cūr ā nōbīs quaeris num bonī discipulī fu________ ac magistrō pāru________? Iam tibi dīximus 'nōs bonōs discipulōs fuisse'."
13. Pater: "Id quaerō quia dubitō num vērum dīx_______."
14. Fīliī: "Quid? Tūne dubitās num nōs vērum dix________?"

amīcitia
deesse
dissuādēre
dōnec
ēdūcere
flectere
grātia
grātiās agere
grātiam habēre
grātiam referre
inermis
intereā
meminisse
namque
neu
offerre

Exercitium 5

1. Dominus servōs monet ut labōrent ____ [= nēve] quiēscant.
1. Mēdus gladium ________, nē ________ [= sine armīs] occīdātur, sed gubernātor eī ________ [↔ persuādet] nē praedōnibus ________.
2. Mēdus: "______ ego vīvam, nēmō tibi nocēbit, Lȳdia!"
3. ________ [= interim] Lȳdia, genibus ________, Deum precātur: "Pater noster, quī es in caelīs! Fīat ________ tua!"
4. Gubernātor praedōnibus magnam pecūniam ________ vult, ________ [= nam] is lībertātem omnibus rēbus ________.
5. Sī ipse satis pecūniae nōn habet, amīcī eum ē servitūte ________ possunt.; hanc ________ [= beneficium] ab amīcīs suīs petet.
7. Hoc audiēns mercātor duōs versūs ________ quōs scrīpsit ________ quīdam Rōmānus.
8. Gubernātor nōmen poētae oblītus est, sed mercātor nōmen eius ________ [= memoriā tenet].

9. Vērus amīcus numquam amīcō suō _______, sed vēra __________ rēs rāra est.
10. Quī tibi _________ habet [= grātus est] prō beneficiō, nōn sōlum tibi grātiās ________, sed etiam grātiam ________ dēbet.

poēta
praeferre
redimere
reminīscī
resistere
voluntās

Exercitium 6

1. Quid agit Lȳdia cum nāvem appropinquāre videat? ...
2. Quōmodo Mēdus praedōnibus resistere potest? ...
3. Cūr Lȳdia ā Mēdō auxilium petere nōn vult? ...
4. Cūr gubernātor Mēdō dissuādet nē gladiō ūtātur? . .
5. Quōmodo gubernātor sē servātum īrī spērat? ...
6. Cūr Mēdus nūllam sibi spem esse arbitrātur? ...
7. Num mercātor amīcīs suīs cōnfīdit? ..
8. Quid Ovidius dē amīcīs exīstimābat? ...
9. Cūr gubernātor putat amīcōs sibi grātiam habēre? ...
10. Quandō vērus amīcus cognōscitur? ...

Lēctiō tertia (versūs 130–224)

Lēctiō III

Exercitium 7

nōlī –re = nē –eris
nōlīte –re = nē –eritis

Exempla: Nōlī dēspērāre! = Nē dēspērāveris!
Nōlīte dēspērāre! = Nē dēspērāveritis!

1. Nōlī plōrāre! = ___ ____________!
2. Nōlīte clāmāre! = ___ ____________!
3. Nōlīte timēre! = ___ ____________!
4. Nōlī fūrtum facere! = ___ fūrtum _________!
5. Nē fūgeritis! = _________ _________!
6. Nē mē relīqueris! = ______ mē __________!

Exercitium 8

1. Mēdus ____________ [= aliquō tempore] amīcum captum redēmit.
2. Pecūniam quam ipse nōn habēbat ________ sūmpsit eā __________ ut annō post omnis pecūnia redderētur.
3. Mēdus optat ut patriam videat: "_________ patriam videam!"
4. _________ [= praedōnēs maritimī] XX _________ ā Caesare postulāvērunt.
5. Caesar, vir __________, L talenta pīrātīs obtulit, ac simul iīs supplicium __________ est.
6. Redēmptus Caesar nāvēs ________ [< arma] et ipse pīrātās cēpit.
7. Nautae rēmigāre ___________ [= dēsinunt] ac rēmōs tollunt.
8. Servus fugitīvus timet ___ ā mīlitibus capiātur, ut ad bēstiās mittātur in _____________ Rōmānō.
9. In magnā tempestāte difficile est _______ [< currere] tenēre
10. Mēnsis decimus _____________ [= adhūc] Octōber appellātur.

aliquandō
amphitheātrum
armāre
condiciō
cursus
dēsistere
etiamnunc
minārī
mūtuus
nē
pīrāta
superbus
talentum
utinam

Exercitium 9

Exempla: Diī nōs serv<u>ent</u>!
Utinam pīrātae nōbīs parc<u>ant</u>!
Utinam nē ā pīrātīs interfici<u>amur</u>!

coniūnctīvus <u>optātīvus</u>
(< optāre)

1. Quisquis amat vale___! Pere___ quī nescit amāre!
2. Utinam dī omnia bona tibi d____!
3. Vale____ cīvēs meī! Beātī s____ omnēs!
4. Iuppiter tē perd___, homō scelestissime!
5. Bene ambulā, amīce! Utinam nē err___!
6. Utinam ego salvus in patriam revert___!
7. Utinam nē nāvis merg_____! Quod dī prohibe____!

Exercitium 10

1. Quōmodo Mēdus servus factus est? ...
2. Cūr nōn anteā id nārrāvit? ...
3. Quid optat Mēdus? ...
4. Quantum pretium pīrātae ā Caesare postulāvērunt? ...
5. Quantum pecūniae Caesar pīrātīs obtulit? ...
6. Quōmodo Caesar pīrātās pūnīvit? . .
7. Cūr Mēdus ānulum reddit Lȳdiae? ...
8. Quid tum Lȳdia intellegit? ..
9. Quae sunt nāvēs persequentēs? .
10. Quōmodo nautae nāvēs longās salūtant? ...
11. Quid Mēdus ā mīlitibus timet? ..
12. Quōmodo Lȳdia eum cōnsōlātur? .
13. Quō classis cursum flectit? ...
14. Quid amīcīs nostrīs optāmus? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica (versūs 225–273)

Exercitium 11

Āctīvum

coniūnctīvus perfectī

1. *Laudāv|it* est indicātīvus perfectī; *laudāv|erit* nōn indicātīvus, sed ______________ perfectī est.
2. Coniūnctīvus perfectī (pers. 3 sing.) dēsinit in *-erit*, quod ad thema __________ adicitur, ut *scrīps|erit*.
3. Coniūnctīvus perfectī: singulāris: pers. 1 *-erim*, 2 -_____, 3 -_____; plūrālis: pers. 1 -________, 2 -________, 3 -______.

āctīvum

	sing.	plūr.
1	*-eri|m*	*-eri|mus*
2	*-eri|s*	*-eri|tis*
3	*-eri|t*	*-eri|nt*

	Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
4. Pers. 1	*amāv*_____	*amāv*________	*monu*_____	*monu* ________
